



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio I. De Angelorum essentia, creationeque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CONTROVERSIA OCTAVA

DE

THEOLOGICIS AD ANGELOS

SPECTANTIBVS.

AD plenam de Deo vno notitiam de eius ad extra operatiua potentia, & operatione disputatio necessaria videtur, & de potentia quidem ad extra operatiua (quæ ipsissimum, omnipotentia attributum non vitale est) non incongrua methodo agimus t. 1. de Deo vno Contr. 1. de Attributis Dei non vitalibus d. vlt. De operatione verò Dei ad extra, seu effectis creatis, plura Philosophicum, quam Theologicum, examen requirunt, vt de creationis essentia, atque ab eductione differentia: atque ita Dei, & omnipotentia propria sit, vt nec principaliter, nec instrumentaliter attingi à creatura possit? Rerum item, quoad modum, & durationem emanationis à Deo possibilitas, quæ, & plura alia bonam Philosophia partem (de cuius puris principiis decidenda sunt) plane supponunt, hic non, nisi importune, intrudendam. An verò Deus plura melioraque, quam fuerit facere possit? disputator hic à nonnullis commodius autem ea de re agimus Controu. 4. de necessitate Dei ad optimum præstandum disputantes.

Solum ergo de Angelorum creatione, & existentia paucisque aliis, quæ ex fide, & proprie Theologicis principiis pendunt, difficultatibus agendum hic erit, vt quæ de illis dogmata existant, pro Theologico munere complantur, & primo quidem, de Angelorum creatione, & existentia, quæ, nisi ex reuelatis & Patrum autoritate firmiter statui nequit. Secundo; de Angelorum essentia, quæ similibus etiam principiis eger, vt ad plenum deprehendatur, nec sine vtriusque suppositione, quæstionum de eis habendarum subiectum consistit. Tertiò, de statu viæ, & reliquis ad possibilitatem Obedientia, vel transgressionis, tam malorum, quam bonorum Angelorum atinentibus. Quartò: de vtrorumque inter se colloquio, & modo, quo illud possit ab ipsis haberi: quod, licet Philosophicum sit, communemque cum animabus separat, quæstionem contineat, tamen, quia sui difficultate locum apud Theologos reliquos inuenit, ne eius metum, quam debita methodo, eorum mori videamur defecisse, alio remittenda non fuit. Quintò: de malorum Angelorum peccato, ac penitentia possibilitate, vel impossibilitate, æternisque cruciatibus, quamvis, quoad cruciatus Scholasticorum vsui potius, quam methodo, morem etiam geramus: quia modus, quo igne cruciari spiritualis Substantia Angelorum queat, ex philosophicis, quam Theologicis principiis pendet. Sexto: de honorum malorumque Angelorum, erga homines officijs, ac ministerijs Reliqua de Angelorum vtrorumque præscientia, locali motu, speciebus impressis, cognitionis, & voluntatis actibus, & pleraque alia ipsis, & animabus separat, vel communia, vel affinia, purè Philosophica sunt, ac fere ex ijs, quæ de animis separat sunt dicenda, omnino, quasi ex communibus principiis, definienda. Quare facilius, breuiusque, & opportuniùs absque principiorum repetita probatione, t. 2. Controuersiarum Philosophicarum post Controuersiam de anima separata ea omnia disputabimus.

DISPUTATIO PRIMA.


De Angelorum essentia, creationeque.

ANGELORYM nomen officij, non naturæ, esse consone Patres, & Theologi docent: & quod non eis solum, sed alijs conueniat. Primum constat ex Patribus, & interpretibus in id Psal. 103. versu. 4. & ad Hebræ 1. qui facit Angelos suos

Christoph. de Origine, de Deo vno. Tomus II.

spiritus, quos recitat Bubalus noster in 1. p. q. 50. art. 1. quæst. diff. 1. d. 1. secundum constat ex Isai. 9. Vbi Christus Dominus magni consilij Angelus dicitur, & Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam, ante te: Ioannes Baptista (Christo Domino interpretate Mathæ II.) designatur, eo item nomine Sacerdotes omnes donantur à Malach. & Episcopi præsertim Apocalyp. 1. & 1. atque epistolis septem ad Asiæ episcopos totidem: cæterum, vt absolute, nudeque prolatum Angeli nomen substantiam aliam rationalem ab homine diuersam (de qua in præsentī disputamus) significet, iam vsus obtinuit. Substantiam, communi bonis, malisque, nomine multiplici Philosophi significabant, nempe genij, intelligentia, Dæmonis, & Angeli, tamet si Dæmonis nomen ad malos Angelos determinate significandos restrictum à Philosophis etiam, fuisse

fuisse ex Apuleio retulit Augustin. de ciuit. Dei lib. 8. in Christiana Ecclesia semper in malum ea vox Dæmonis usurpata est (vt Tertul. lib. de testimonio animæ capit. 3. & Augustin. 9. de ciuit. capit. 19. obleruunt) sicuti Angeli nomen semper usurpatum in bonum fuit id, quod ex Euangelio Ecclesia nostra didicit: quamvis vocis Angeli pro bono significando, & Dæmonis pro malo determinatio, & restrictio iam pridem à Sostena Philosopho facta referatur à Minutio Felice in suo Octauio in præfati verò, ac fere reliquis disputationibus ad quintam vsque, Angelorum nomen secundum se, acque vniuersum, vt bonos, malosque coëctet vsurpamus.



QVÆSTIO I.

An Angeli existant in rerum natura.

DE absoluta Angelorum existentia tota quæstio procedit; datur nempe in rebus; nec ne?

CERTAMEN I.

Angelorum existentia ex Philosophis, scriptura, & fide statuitur.

I Angelorum existentiam negarunt Saducei, de quibus actor. 13. dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum, consensere Samaritani teste Babalo proxime §. 1. versu colligitur tertio Georg. David, cum aliquot socijs Lutheranis teste cochleio de dictis, & factis Lutheri an. 1545. Lindano indubitant. Dositheus eius facinorosa homo teste Praetorio, ex Philastrio in elenchis hæreticorum verba Dositheus & Libertini apud eundem ex lindano verbo Libertini, à Caluino ipso confutati thesauro Catholico lib. 4. de Angelis §. Negant: Hieronymus Cardanus 10. de rerum varietate, & 9. de subtili. apud Carpentarium in Alcinoum de doctrina Plat. ait verò Cardanus, se Philosophum tunc agere, non Christianum, quasi aliter vt Christianus censet verum, vt bene Bubal. §. 5. versu colligitur secundo, versu 3. quare dicere potius, neque, vt Philosophus loquitur, qui cæteris Philosophis (Atheos, epicureos excipio) aduersus, in eorum hac derationibus eneruandis leuibus argutijs est totus. Neque, vt Christianus, qui ab scriptura, & Patrum, stata sententia (vt iam ostendam) recedens eius à ratione fundamenta omnia omni arte debilitat, vt aliter sentiendi viam aperiat faciliorem, quo vicio, hoc, aliaque dogmata ratione, examinantes Pij, alij, & Catholici recentiores, nescientes, nolentesque quandoque, nostro præsertim sæculo, laborant, qui vanis (cum Lactantio loquor. lib. 3. cap. 24.) vera defendunt vel loci causa philosophantur, vel quasi, vt ingenia sua in malis rebus exerceant, vel ostendunt: cum tamen Philosophi, Theologique Christiani munus sit Dogmatibus fidei confirmandis rationis fundamenta, quam possint plura, proprijs etiam Lucubrationibus, adiungere, neque antiqua argutijs quibusque mouere, sed quoad fieri possit obfirmare: cæterum, vt alio ait Scaliger. in Cardan. exercitat. 307. num. 30. plures eius sententiæ, vel potius nequitia, & impietates, expungendæ videntur, cum (inquit num. 35.) quæ interdum verba fundit, tot flagitia turbida, & inconstanti ingenio committit, S. Thom. citata quæst. 50. art. 1. ex Arist. 4. Physicor. text. 52. & 57. ignominatos quosdam prius Philosophos, pro negatiua hac

sententia refert, quos ego non reputo à iocis, quæ epicureos, & constanter Atheos celato, 1. de libro vno Controu. 1. d. 1. quæst. 1. Horum enim sententia Saduceorumque mens corporeis, & sensibilibus, immo, & quasi septa, & carcerata, nil ultra sensus cogitabat.

2. Sapientiores omnes Angelorum existentiam constantem docuerunt. Mercurius Trismegistus Moyli coetaneus, iuxta Suidam, ceteri quoque, etiam sepiam illis decantatis sapientibus, antiquis, in Pindari cap. 9. & in Asclepio apud August. 4. de ciuit. capit. 23. & 24. Orpheus centum ante bellum troianum annis apud Euseb. Cæli 5. de præparat. Euang. cap. 3. & 4. Eugubinum 8. de perenni philosophia cap. 33. eius carminibus recitatis, & apud Lactantium, lib. 1. cap. 7. vbi, & Apollinis verba etiam intercessit, Angelos, seu Dæmones nescientis, Homerus item, ducentis post Orpheum annis apud Plutarchum libello, quod oracula cessarint, vt referunt August. 9. de ciuit. capit. 1. vbi Ludou. Viues, Eugubin. 111. de peren. Philosoph. capit. 13. & lib. 1. cap. 6. Euseb. Cæsar. cap. 4. citato vbi Hesiodum etiam potam Philosophum centum annos Homero posteriorem Angelorum existentiam docuisse, ex Plutarcho citato libello quod, oracula cessarint, remittit: idemque de Hesiodo referunt Lactant. lib. 2. capit. 15. Clemens Alex. hortatoria ad gent. longe ab init. eius carmina recitantes, ex quo alia recitat Plutarchus citato lib. extra med. Thales insuper Milesius varquino prælo. Rem. Regi coetaneus apud Athenagor. Apologia pro Christian. ad Amon. imperat Phæredides Pythagora magister, & Pythagoras ipse apud Marii. Ficin commentarijs, & argumentis in Phædram, quibus addit Plutarchus lib. de Iside, & Osirid. Xenocratem, & Chrysipum gentijs, tam bonos, quam mali præfatum Theologorum, inquit, imitatore, admittent, & Socratis Dæmon celeberrimus cunctis fuit, vt videre est apud Minutium felicem in octauo, Plutarchum toto libro de Dæmone sacratijs, & apud Maximam Tyrium gemina de eo Apodixi apud Tertulian. cap. 1. Cyprianum Dei dolor vanitate num. 52. Clemens Alexandrinum num. 1. Stromatum & Augustinum 4. de ciuit. cap. 14. Eugubinum 8. Perenn. Philosoph. cap. 24. Andream Vectorellum de custodia Angelorum Aulicis porro sententia de Angelorum existentia appensissima, vbi que est vt patet ex octauo Physicorum 11. metaphys. text. 41. & 1. de celo text. 100. & 10. Moral. cap. 7. & 5. met. cap. 5. Dæmonia in fabulosis recenset & 5. de partibus Animal. Heraclitus ad eum in casa furnaria sedentem accedere recitantes iussit & approbat adhortationem, qua ingredi eos iussit, quoniam, ne hinc quidem loco inquit Dei desint immortales, & 4. topicor. loco 64. Dem. & Aristot. posse prauè agere, ait, non tamen altius, quod de summo, ac primo Deo intelligi nequit, sed de gentijs bono, siue Angelo, qui peccare potest, & si non peccauerit, nec sit peccaturus, & 2. Rhetor. de locis entymemat: Dæmones esse supponit, locum à definitione tractans, quæ verò ex 12. metaph. 1. 48. & sect. 9. Problem. 1. pro sententia neganti afferri solet vt summum numerum Angelorum orbibus cælestibus ampliorum, negare sonant, loco primo; secundo vero, oracula sybillarum, tum melancolicæ naturalis, non vero Angelis tribuere, quod non est Angelos negare, vt patet certo ergo constat sapientes omnes Ethnicos Angelos existentiam agnouisse, vt constat ex citatis locis alijsque quos deinceps de eorum officijs disputantes referemus.

3. In scriptura nil quam existentiam Angelorum, frequentius: in veteri testamento genesis, exodi, iudicium, Regum Psalmorum, & Prophetarum libris, in quibus Tob. 5. Angelos præcedere, adesseque & apparere hominibus eosque solari in afflictionibus, & confortare; quandoque verò corripere, deterrere & celestios feruere, ad interfectionem, & excidium punire passim, legitur, vt loca, notare & adducere, superfluum sit & concordantiarum purus laboris nouo vero testamento, & si non adeo frequentia, sunt tamen loca quam plurima Mattheæ 1. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Iosaph. iterumque & iterum eadem Angelos apparuisse in Euangelio scribitur, cū vt animi auxilium, & hesitationem de vxore Mariæ prægnante mylicij tati

tanti reuelatione propelleret; tum ipsi cum Matre & Puero Iesu reditum ex Ægypto in terram Israël imperaret. Tertio celestis, stupendaque illa à Deo Gabrielis Archangeli ad verbi incarnationem peragendam legatio cunctis est nota apud Lucam cap. 1. verbis illis. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro Jæ. Mathzi item cap. 4. discendente tentatore Angeli Christo accessisse, ac ministrasse dicuntur. Apparuisse verò, & confortasse Christum ad gethsemani orantem, & in agonia positum ab Euangelistis Angelus refertur, atque ab eodem Mathæo cap. 18. illud expressum Angelorum in cælis, semper vident faciem Patris mei, & cap. 25. reprobi postremo in ignem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis eius mittendi denunciantur. Libris insuper, & epistolis canonicis, Euangelio posterioribus: existentia Angelorum veritas frequenter, vel traditur, vel supponitur. Ad Hebæ. 1. cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu 2. & plura alia in idipsum, addit his terminans caput; omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis 2. Petri. 2. Angelis peccantibus non peperit. Apocalyp. 12. Draco pugnat, & Angelus eius: & alia plura ab Angelis exercita, extendendaque eo libro dicuntur. Reliquis verò præ multitudine missis, id solum animaduertit, ijs omnibus certis vniuersis testamenti locis (sunt autem vt facile videbis, & statim occurrent, quam plurima) quibus Dæmonia esse, atque circa homines quidpiam aliud mundo operari dicuntur: Angelorum existentiam vniuersim hic à nobis assertam tradi: nam & Dæmones Angeli substantia sunt, atque, vt diximus, æque voce Dæmonis, atque Angeli, imo & indifferenter, ab antiquis, præsertim Philosophis, significabantur; quamquam Christianæ Theologiæ vsus, ex communi Patrum, ac veteris testamenti locutione obtinuerit, vt vox, Angelus simpliciter & absolute prolata bonum Angelum significet, Dæmon verò, aut Dæmonium significet malum. Sed ea diuersitate significatus vocis vniuersusque simpliciter absolute, ac sine addito prolata accidentaria solum bonitatis, & malitiæ moralis, non autem substantialis Angelorum differentia, adhuc specifica, denotatur: ex omni siquidem Angelorum ordine, & choro (ac fortasse specie, & obsequentes boni, & prauis transgressores Angeli steterunt.*

4. Constat inde, quo iure definita Angelorum existentia fuerit à concilio Lateranensi, sub Innocentio III. ex quo loco desumpta eadem definitio est cap. firmiter de summa Trinitate, verbis huc, vnum est vniuersorum principum creator omnium visibilium, & invisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporealem: Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam, quasi communem, spiritu & corpore constitutam. Porro Patres omnes veritati huic vt potest in vtraque sacra pagina toties commendata, & expressa, vnanimiter consentiunt; tamen eorum nonnulli, circa nonnulla alia de Angelis inferius disputanda, minus recte conseruerint, eorum tamen recitandis testimonijs parcimus: tum, quia obuia, & innumera, tum quia non ita ad purum quæstionem conclusionem tradunt vt non alia de Angelis examinanda continent: quare vbi de his singularim agemus oportunitus, & citra rerum confusionem referentur. Solus est difficilis contra præfatiā veritatem Augustini locutio quæst. 34. libri octoginta titum, scribentis; quod autem est melius omnis anima id Deum dicant. Angelus autem, de cuius existentia disputamus, & assertiue definimus; anima quauis, etiam rationali melior, perfectiorque est; non autem est Deus, sed infinite inferior Deo substantia, eiusque effectus, & creatura, vt nuper ex Lateranensi concilio referebamus: ergo, vel censet Augustinus Angelos perfectiores anima rationali non esse, contra inferius, ex scriptura, & rationibus statuenda, vel Angelos Deos, vel Deum ipsum esse, ac non creaturam, contra statutum Christi. Origa, de Deo vno. Tomus II.

Dogma fidei in Lateranensi concilio, vel demum Angelos nullos existere, imo nec posse esse contra notitiam conclusionem: certe quoduis ex hisce adeo exploratum absurdum est, vt, vel inde constet Augustini verba, vt videntur sonare, nec ab ipso vltimata fuisse, neque esse à nobis accipienda.

5. Etenim, quod Angelus Deus sit, nemini, sapientium, gentiliū adhuc, placuit asserere: & si enim Græci, aliquot Poëtæ, & sapientes Angelos, siue genios, & intelligentias, Deos dixerint, (vt significat Theodoretus epitome diuinorum decretorum. cap. de Angelis aens: nec, vt Græci Poëtæ, ac Philosophi in Deos referimus) & quandoque eo, eos donet nomine Plato, ac naturas ingentias dicat, apud Euseb. Cæsar. 14. de Præparat. Euang. & Deos sæpe vocet; sed ingentios corporali, vt nos, generatione intelligit, non autem à se, ac non ab alio existentes, vt proprie Dei essent, atque deitate fruenter oporteret; Deos autem, non proprie dictos vocat, sed quatenus dignitatem, & excellentiam supra homines sortiuntur, & ad quam egregijs facinoribus, & si non naturæ, virtutis tamen præstantia, possint homines proveli: quo vtrique sensu Heroas in Deos transferri ex Hesiodo docuit in cratyllo, vt ex eorum sensu aiebat Virgilius. *Panci, quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus;*

6. Aperte enim ex Symposio scribit de natura Angelorum, Plato nulquam Diuinam pertingere, sed ipsa inferiorem, humana verò superiorem interiacere; *Omnis natura Dæmonum, (ait) inter mortales, Deaque est media*, qui ergo tantus error quantum Philosophorum Aethnicorum tenebræ capere non potuerunt, tribui Augustino, & in eis versatissimo & ingenio, adeo præstantiori, ac insuper scripturæ, & Patrum Doctrina instructissimo, poterit vt Angelos proprie Deos putauerit: ergo animæ omnis nomine, non solum animam proprie talem, partemque hominis componentem, sed substantiam pure spiritualem creatam vt Angelus est, eo loci intellexit sic ex antiquis plures animarum nomine Angelos etiam donarunt. Philo Hebæ. lib. de somnis circa med. genera, seu species animarum diuidens, ac in eis perfectissimarum animarum genus recenset, atque *has*, inquit, *genios Philosophi*, Angelos vocant Sacre literæ nomine aptissimo; sic etiam Plutarch. lib. de defectu oraculorum. circa med. animas seu (meliori latinitate) animos, ex Philosophorum vsu Angelos vocat ibi, *si anima secreti à corporibus aut omnino, quibus nullum est cum corporibus commercium sunt (qua res est, & diuini sententia Hesiodi) Dæmones custodes hominum casti terras obeuntes, cum animos in corporibus degentes ista vi;* (prædicendi futura) priuamus 2 & Marcellus Ficinus. 1. lib. in Phædrum commentaria, & argumenta; cap. 2. ex Phædrice Syro, cuiusque discipulo Pythagora, & Pythagorici inter hæc animaduertit, *similem animarum describi casum à Pythagorici, atque Dæmonum à prophetis*, quia illi animarum voce Angelos, seu Dæmones appellabant. Huic ergo vulgatissimo loquendi modo Philosophorum annuens, eo loco Augustinus animæ voce creatam omnem spirituale substantiam, ac subinde Angelos comprehendens dixit, *quidquid omni anima, melius est Deum dici*, Attamen rigidiori sermone, & propiori loquendo 1. Retract. cap. 26. num. 54. ait magis dici debuit *omni creato spiritum melius.*

CERTAMEN II.

Quid ex continua Caelorum rotatione naturalis ratio de Angelorum euincat existentia?

Naturalis ratio, vel à priori, & causis, siue Phisicis, siue metaphisicis, vel à posteriori, & effectibus ordinis alterutris potest solummodo procedere, ut aliquid, seu demonstratiue, seu probabiliter, suadeat pro medijs, seu principijs, ex quibus discitur, euentia, vel probabiliter, ut dialecticis est notum requidem Angelorum existentiam à priori, & per causas euinci, non demonstratiue solum, sed probabiliter adhuc, naturali ratione minime posse, certum omnibus est; siquidem Phisica, & totalis Angelorum existentia causa Deus est, illos non quidem necessario, sed libere, pro suo arbitrio, ac libera voluntate, & decreto producent, atque extra causas apponens: atque, ut eos producendi decretum, & voluntas libera à Deo concipitur, atque habeatur, potius, quam omittatur, nulla naturalis causa, siue intrinseca Deo, siue extrinseca, atque in creaturarum reliquiarum coniuncto, & natura potest, nisi ex fundamento, arbitrio, maiori designari: ergo ex causa Phisica nequit Angelorum existentia, adhuc probabiliter, nedum euidenter, euinci. Minor probatur dissectione rationis petita ex bono vniuersi quam adhibet S. Thom. 1. p. qu. 50. art. 1. corp. quia nimirum ad bonum vniuersi, à Deo effecti, ut à causa efficiente, spectat, ut in eo sit aliquid quod perfecte (quantum effectui creato licet) Deum eius auctorem, secundum virtutem, & potentiam, qua ipsum efficit, imitetur: Siquidem, & effectus bonum, & perfectio est assimilatio ad suum agens, quæ vniuersum ab omni agente intenduntur. Et si verò, in vniuerso ratione animæ rationalis eiusmodi assimilatio, ad Deum, per intellectum, & voluntatem vniuersi auctorem, videatur reperiri, cum tamen animus rationalis imperfectum quid, ut pote substantia partialis, sit, nequit, per illam perfecta ad suum auctorem per intellectum, & voluntatem assimilatio vniuersi reperiri, quæ esse in eo, potest, & oportet, quoniam substantia spiritualis completa intellectiva, & volitiva, quæ nil sane aliud, quam Angelica Substantia est) in rebus esse admittatur. Verum hæc congruentia solum ratio est, notæ aliunde ex fide Angelorum existentia, & productionis, ut non, citra rationem, & consequentiam omnem, facti à Deo Angeli videantur; non verò ex solum ratione facti, probabiliter adhuc, & verisimiliter iudicentur: ut Mysterij incarnationis, quod sola fide nobis innotuit, potiusque innotescere executi rationes, & congruentias plures Patres, & Theologi laudabiliter, subtiliter, & docte designant; ex quibus tamen solis, ne probabiliter quidem, eius existentia suaderetur.

2. Accedit, nec Deum perfectissimum, ut potest, quare, nec sibi, quam posset, perfecte simillimum mundum producere teneri, ut concors Theologorum sententia est; & etiam, infinites pene, plures, & plures mundos perfectiores, & perfectiores, & in quibus perfectior, & perfectior Dei (etiam quoad intellectum, & voluntatem, per quæ ad extra operatur) Authoris sui similitudo elucet. Deum posse absolute producere, nec eius potentiam, nec artem mundi huius productione exhaustam fuisse, & effectam certum vique est. Posse etiam substantias spirituales intellectivas, & volitivas productis longe nobiliores in rebus ponere, quas tamen de facto non posuit, cum tamen positas de facto, & productas à Deo fuisse æque argumentum probat: cum eis positissimis perfectissimis vniuersum foret ac suo Authori in potentij intellectus, & voluntatis, quibus operatur, similis: sed neque effectum illum potentia intellectiva, & volitiva, per quam omnia etiam irrationalia, & in anima operatur, pone-

re, neque id necessario in suis operationibus ad rem intendere debet, sed solum pro libito posse, & prelo- re, & intendere, in ijs etiam in quibus id exequi, & intendere potest: quia id solum probatur distincta præfacto: eam rationem sufficienter de se motum esse, ut id intendere, & exequi absolute in rebus, & vniuerso pro mero suo arbitrio possint agere illius propositione motum de facto fuisse. Non ergo à priori, & per causas euinci, adhuc probabiliter, Angelorum existentia à ratione sola naturali potest, rationis sensu deprehensa congrue ea ratio possit, designari. Tota igitur controuersia in re præsentem esse Theologia potest, an ex effectibus aliquot, quos experimus, substantia eiusmodi separate spirituales (quas Angelos dicimus) existere, in rebus naturali ratione, à posteriori, demonstrantur, aut efficaciter euincantur.

3. Ea in re duplicem (quod ad demonstrationem à posteriori, & ex effectibus attinet) extreme oppositam sententiam reperio. Prima demonstrari à posteriori Angelorum existentiam vniuersam affirmat: ita docet videtur, Aristoteles, & Plato, cum affectis, inique S. Thom. proxime & 2. contra gentes, cap. 46. & Thom. omnes veteris, iuniorisque Dominici, & reliquis paulo antiquioribus Theologis communis sententia absolute fuit; sed non omnes eadem ratione demonstrari Angelorum existentiam putant, ut inferius viderimus. Secunda sententia demonstrari ratione naturali, vlla à posteriori, & ex effectibus aliquot in rebus deprehensio Angelorum existentiam absolute negat: ita expresse Averroes 1. p. qu. 50. sect. 1. & 2. etiam Anticus d. 1. de Angel. num. 1. Morizius D. etiam 1. sect. 2. Arriaga t. 2. prime partis de Angel. d. 1. sect. 1. petrotam, atque eis prius Valentia noster 1. p. d. 4. qu. 1. pu. 1. versu quartum aliquot, Vazq. 1. p. t. 2. d. 178. cap. 1. rationes à S. Thom. & antiquioribus adductas demonstrationes esse negat alijs vero, quas ipse producit, ac mox expendens, efficaciam id ostendendi concedit non autem demonstrationis efficaciam expellit: quare de efficaciam probabilitatem maxima videtur locutus, ut expresse locutus est noster Quirós 1. p. t. 1. tract. 8. d. 1. sect. 1. numer. 7. quæ nimirum efficacia fuit euidentiam pertingat: id, quod, ut minimum, cessare videtur noster Ioan. Præpositus, ex Caelorum more concordia, & constante, Aristoteles intelligentias, eos impellentes, & mouentes deducebat, certa à Deo lege, ut inde solum eorum numerum iniquit, deprehendensque ratione posse crederet. 12. met. text. 41. quæ tot solum intelligentias, seu Angelos, quorū cælorum motus text. 48. hac ratione concludit: si enim essentia, utique mouebunt, cum latens finis sit, quamquam, & oracula ab intelligentijs, siue Angelis reddi, apud Gentiles agnoscat. 3. de Histo. animal. cap. 10. de caprolemmij agens, & incantationes eisdem auctoribus tribuit. lib. 8. cap. 24. & 3. de anima text. 29. non solum loco motiua substantias spirituales separatas, verum, & intellectivas homine nobiliores recognoscit & 1. de Cælo cap. 9. Plures præter Cælorum motores ac supra Cæli verticem ponit, in super. 7. Morali ad idem cap. 17. fortunatorum minus sapientem bonum gubernatorem genium esse, sicut male compæctæ nauis bonus quandoque accidit Nauclerus. Sed, licet aliunde, ut vidimus, Angelos esse, & plures, quam cælestium orbium motores probavimus; aut ex eorum orbium motu, tam ipse, quam eius discipuli, & Theologi antiquiores demonstrari in primis Angelorum existentia, ratione pure naturali, censente cuius proinde, primum, deinde de reliquiarum rationum, quæ asserti sunt efficaciam, & euidentiam agendum forsitan ex insulento erit, ut in re præsentem sententia firma feratur.

4. Bupalus noster satis erudito, docto, & prolo- tomo de Angelis, quæstio. 2. difficultat. 1. paragrapho 6. demonstrationem esse censet duplici via. Primo ex cælorum Astrorumque, quæ de facto in rebus sunt, natura, & motu volubili, seu rotatione: secundo ex euidenti naturali repugnantia corporis, quod de se, atque ab in trinfeca sua forma, tanquam à virtute in orbem, actiua rotetur: ut is motus necessarius ab alio extrinseco impellente ac mouente actiue debeat provenire & quidem libero, & intellectualem motorem: Hic autem

autem motor cælorum nequit esse Deus: ergo intelligentiæ, siue Angeli. His §. 4. præmittit cælum in orbem, circa orbis centrum moueri, vel astra saltem, è quibus efformandum argumentum æque probat ut ab ea questione apud Patres Præcos, & Mathematicos Neotericos abluatur: nam cæli motu suo astra sibi affixa secum moueant, an illis quiescentibus astra per illos suis quasi canalibus, moueantur. Aliorum verò discursibus ex motu hoc cælorum reiectis ita ipse solidius arguit à veru *emissis autem*, quod nequit motu aliquo moueri à causa necessaria, & determinata ad vnum, debet à causa intelligente & libera (alia enim causa actiua non est,) moueri: atqui cælum nequit moueri motu circulari à causa necessaria, & determinata ad vnum: ergo à causa libera, & intellectualem moueri circulariter solummodo potest. At ipsum cælum causa intellectualem, & libera non est; ergo à se, vt à causa libera intellectualem moueri circulariter nequit, enthymema hoc euidendi subsumptum, & consequentia, constat. Primi Minor probatur. Motus circularis cælorum, non est motus ad vnum, sed ad plura, quorum vnum deferatur, alterum verò acquiritur, vt patet; ergo nequit provenire à causa necessaria, seu naturali, & determinata ad vnum, nec indifferente ad ipsum, vel alterum, siue extrinseca cælo ipsi, siue extrinseca sit. Confirmatur, adhuc euidens, si actiuam causam motus naturalem, & determinatam intrinsecam virtutem cælorum esse dicas: quia potentia intrinseca, actiua, naturalis, mobilis cuiusque ad suum motum, est ad terminum, propriumque bonum & perfectionem qua carere necessario debeat, vt moueatur, & qua habita, quiescat necessario, ac nequeat ad similem adhuc perfectionem, terminumque, & bonum suum à se moueri, cum præhabiti possessione, actuali æque eius appetitus facietur, & actu expleatur: vt in rebus omnibus naturalibus patet. Neque enim aqua, frigore hoc indiuiduum habito aliud indiuiduum appetit, ad illudque mouetur, vt præhabito relicto hoc aliud acquirit: nec corpus vllum elementale, aut mixtum de se ipsum proprium locum reliquit, vt alium æque sibi connaturalem, & commodum acquirit, vt patet: quod autem bonum sublanaris orbis sit cæli motus, & circularis, satis non est, vt ipsum motum, & sublanaris orbis commodum ex se, suæque naturæ, & quasi primariæ intentione, cælum appetat, ac intendat & enim proprium cuique bonum maxime bonum, & appetibile per se, & primario est, non autem bonum alterius; licet, secundario, & per accidens ex proprii boni appetitu, vel alterius, vel communis boni appetitu, & inducatur: ita ex conjunctione, & dispositione inclinationis, & appetitus rerum de proprio bono in vnaquaque, altera alteram moderante, & concupiente communi vniuersi bono sapientissime à Deo prouideretur. Hinc scite Aristoteles 2. Politicor. cap. 2. quod enim multorum commune est, in eo minima adhibetur diligentia. Nam de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus, quam quantum singulis competit, ex qua apud homines experientia deprehensa ad naturalem rerum appetitum (qui per imitationem rationalis translatitur appetitus est, ac dicitur) idem seruata proportionem cunctitur.

5. Confirmatur quia, vt amicorum bona appetamus serio, deque eorum affectione delectemur vehementer, opus sane est, vt amicitia amore interueniente cor, animæque vna nobis cum amicis sit, teste Arist. 7. Moral. ad eundem cap. 7. vt ita illorum commoda, vt propria æstimemus, ac serio, & adenter appetamus, quia amoris interuentu illa communia nobis sunt Aristotele attestante 8. ethicorum. cap. 9. & communi hominum sensu & experientia ex quibus manifestè sit, nullius rei appetitum, quod nostri imitatum, & per translationem est, per se, & primario, in bonum alterius, vel communis ferri naturaliter posse, quare nec cæli appetitum in motum circulem suum, quantumvis orbi, sublanari proficuum de motu corporum à propriis, & connaturalibus sedibus: vt pro vniuersi commodum vacuum replant, ipsi connaturale non esse patet; siquidem grauitant cum attrahuntur, vt quidem aliorum motorum corporum, quibus contrigua

sunt, & in quorum locum succedunt; non autem ita succedentium natura virtute, & inclinatione, vt in physicis ostendimus. Similiter, quod brachium ictui, quo percutit, exicipiendo proprii commodi, quasi oblitum, se obiciat, ne caput feriat, ne ita totius corporis ex capite pendens commodum deficiat, ex animali motu, seu animæ (quæ totius commodum natura sua curat) imperio despotico in membra corporis venit; non verò ex naturali brachij ipsius impetu, & inclinatione natura: quanquam tunc etiam proprii commodi brachium consulit, illudque illo motu intendit, vt doctè Galen. de natural. facult. cap. 6. partes siquidem corporis maxime vnum præferim, in homine faciunt: denique, quod de Pelicano dicitur proprio nostro pectus icere, vt sanguine, quo alendus erat, fuso pullos, vel à se, vel à serpente occisos respiciens vitæ restituat, incertum reputatur ab Ildoro 12. originum cap. 7. Augustino in Psalm. 101. ad id *similis factus sum Pelicano*, de quo plura Albert. 23. de Anim. lib. cap. 20. ac plurima Lorinus noster in Psalm. & verba citata. Sed admissa illa Pelicani historia, vt veritas, id agi à Pelicano certius esset, vt nimio sanguine exuberantis, quandoque onere leuaretur: certum ergo naturalium omnium percursu sit; nihil à se moueri, siue in motum alteri, ac non potius, sibi proficuum primario, & directe propria forma actiue inclinare: quare, & inclinationem cæli ad circulem motum ob commodum orbis sublanaris naturalibus, principijs, & experimentis naturæ totius, aduersari proindeque, eius circulem motum ab alio extrinseco mouente esse, iuxta naturalia principia, debere, ac nusquam à cæli intrinseca forma posse provenire, id quod de quocumque cælo possibili æque efficaciter probatur. De eo vero quod de facto est, ac rotatur vltimes ostenditur: quia alias æterna eius à motu isto quies post vniuersale iudicium futura ex 5. Thom. 1. 2. d. 11. q. 2. art. 6. ad 3. & in 4. d. 13. q. 1. art. 13. quæstionum. 1. & alibi, & Theologis communiter contra eius internum impetum, & violenta foret; quod Diuinæ prouidentie perfectioni repugnaret: nempe creatum aliquid perpetuæ violentiæ damnare ac deuincire, iam vero, si ab extrinseco motore intellectualem, & libero (vtpote ad indeterminatum effectum & locum hunc, scilicet vel illum priori relicto impellente mouendum circulariter cælum est, atque recursus ad Deum, vt causam particularem actiuam pro naturalibus effectibus Philosophum non deceat (quem pudeat cum ita recurrente Anaxagora ab Arist. ridenti 8. Physicorum text. 2. & 1. metaph. cap. 1.) intellectuales substantiæ creatæ libere cælum mouentes ex circulari eius motu, naturali discursu, certo esse deducuntur: quod ipsum est Angelos à posteriori ex puris naturæ principijs demonstrari.

6. Hæc omnium summa est quæ paragraphis pluribus doctè, & acutè Bubalus, & quæ pro eius rationis euidencia naturali possunt afferri. Sed quamvis videam ea, & Aristotelicorum & Platoniorum ipsa videntium autoritate Theologos veteres (paucis exceptis) Angelorum existentiam quasi exploratam à ratione docuisse; eam tamen longe à demonstratione distare certum mihi est. Primo quia circularis motus cæli, vel Astorum huic demonstrationi necessario supponendus, (vt Bubalus facit §. 4.) euidens ac certum à ratione non est, cum sterent Mathematici recentiones, quæ antiquorum rationibus pro circulari cæli motu perpenis ipsum quiescere, terram vero in gyrum volui docuerint, vt ex nostro Claudio cap. 10. in primum equæ sphaeræ Sacrobolci refert Bubalus citatus, versu: *Notandum est*. Et quidem, si Philosophi ea ratione, (quantum ad eo Bubalus persequitur) agenda res sit, terra, cuius cæli totius influxus referunt à se ipsa videtur circumscribenda, vt toto suo commodo, (in quod primario & per se res omnes naturales suo opte ingenio inclinant) fruatur; non autem cælum ipsum, quod nullum ex eo motu, & influxu commodum capit: quare ex incertitudine motus circularis cælorum, ex quo discursus procedit, à demonstratione deficiet. Secundo cum cælum pars vniuersi sit mirabili concordia cæteris coherens, ipsumque componens, & cum nulla reliquarum orbis partium contrariis qualitatibus, (vt

ipsi, vt particulari causæ tribi. Næquam enim nisi eis omnibus adstantibus species visuales diffundi competunt: atqui nulla est specialis ratio in motu cæli, etiam ab extrinseca intellectu, & libeta causa admissi futuri) adstante etiam, & admissa aliunde existentia Angeli; specialiter huic proportionata præ Deo: vtrique enim adfuit, & vires, ita cælum volendi prohibito potestas & libertas: neque aliquid apparet, in eo motu, quod Angeli potius quam Dei potestatem & voluntatem determinate requirat: ergo non est eui existenti, etiam, & adstanti Angeli is motus cælorum potius, quam Deo, tribuatur: nedum vt existentia, & assistentia Angeli, nullquam aliunde supposita, ex eo motu demonstretur melius efficacia suadentur.

10 Huc vsque fere Aristaga noster t. 1. in 1. p. d. 1. sect. 1. num. 2. circa recursus ad Deum: quibus, dum ea omittit Quirios t. etiam 2. tract. 8. d. 30. sect. 1. num. 4. tacitus dissentit, & principio non recurrendi ad causam primam pro effectibus particularibus produendis (quod vult absolute finem num. 8.) admissio argumento ex emergentibus, & magicis effectibus (quod efficacissimum ad præsens reputat) firmitatem imponit. Sed tamen primam huius argumenti partem non euacuat de non supposita existentia, & assistentia Angeli ad cælorum rotationem, sed potius contra eam negantes demonstranda ratione: cum enim, & Deum esse, certum sit, & proportionatum huic cælorum motui efficiendo, æque atque Angelum quemvis, qui esse admittitur dummodo aliunde Angelum existere, & assistere nobis constet, ad Angelum, qui esse non constat, pro eo efficiendo recursus ineptior est, quam ad Deum, qui & existens, & proportionatus & assistens illi motui nobis innotebit: imo ad ipsum vbi causæ creatæ effectum aliquorum non apparent, recurrendum necessario est, vt in prima rerum productione, & creatione clarescat, sed tamen ex iis, quæ Quirios idem contra euidenciam rationis huius ex motu cælorum impetire adducit num. 4. secunda hæc probationis pars, seu probatio valde fœdatur stando quippe rationi, & naturalibus principiis de Angelorum natura rationis solius lumine assequibilibus, Angelus in puris naturalibus, minus aptus, & proportionatus est, cui orbicularis cælorum motus constans, & pro statu sublunaris orbis corruptibilis, perpetuus a Deo committatur, prohibito exequendus: cum natura hæc peccabilis absolute sit, postquam Deo id committenti, non obediunt: tum, quia ille Deus non est, cuius propria est impeccabilitas: tum, quia de facto Dei præcepto alteri non paruit, sed auersatus fuit, ac deliquit: quare in mouendo cælo, ex suis naturalibus posset absolute non parere, sed motum libere omittere, sic omissione sua vniuersi corruptibilis ordinem inuicere, & si posset (ad quod maior creatura potestate, ac forte infinita virtus requiratur) inuicere non posset. Beatitudinis verò Angelorum status (ex quo ipsis impeccabilitas accedit) scientia, quæ media defutura sub gratia auxiliis huius congruis in cælorum motione obedientia eorum, cum supernaturalia sint, rationi naturali demonstrari nequeunt: cum autem Deus, & vniuersi author sit, eiusque optimæ gubernationi iure distinctus & quod naturalium causarum (cuiusmodi cælum est) effectus influxus, & operationes efficaciter omnes & singulas decernens, constant, ac perpetuo cælorum motui se ipso insistere, aptior, accommodatiorque ratione naturalis sola attenda videtur suaderi.

CERTAMEN III.

Quid ex variis emergentium effectibus miris de Angelorum existentia, & quædam efficacia ratio naturalis ostendat.

Effectus huius ratione naturali sola demonstrari, vel saltem maxima efficacia Angelorum existentiam suadere putant Philosophi, & Theologi

citati cert. 2. num. 3. init, & Bubalus ibi citatus diff. 2. art. §. 2. fusillime: de maxima verò efficacia, quæ fere demonstrationem pertingat, Vazquez, Ioannes Præpositus, & Quirios eo etiam numero sub inferius citati experimur enim, atque gentium omnium professionis, religionis, & rationis cuiusvis historis (quibus fidem adhibendam esse, in dubium, atque evidens est) legimus, effectus hosce ab emergentibus arreptiis, & Magicis, qui non ipsorum solum, sed nullius corporæ substantiæ virtute naturali fieri possunt in primis tantæ virtutis motuæ localiter ipsorum, vel plurium hominum robustorum, vel detentiu, vel impulsu viribus repugnent, & cum victoria obstant, magorum opera perexiguis, & improporionatis, rebus, ac verbis effecta: itidem idiotæ, & linguarum, scientiarumque proflus ignari variis linguis expeditissime loquantur, atque in quavis scientia disputant disertissime, occulta quandoque nullique hominum altius præterquam homini, de quo loquuntur, nota, ac loco distantissima, neque ipsis nota, quartam sacris aduocationibus permittitur denuncient, & futura, ex ignotis nobis causis, certissimis coniecturis (quas sæpe euentus probant) prædicant: quo etiam spectant frequentia Idolorum apud gentes oracula, & de futuris, nec semel, nec casu vera, sed ex occultis causis, apud homines obuentura, quandoque verò falsa deceptoriorum. Hæc siquidem omnia robustioribus, quam corporis emergenti, aliisve corporæ substantiæ, viribus fieri: certum est. Cum alij, quantumvis in futurum, & phrenesim vehementissimam acti homines, non tamen emergenti, eo virium non excedant, neque ab intrinseca, & natua, neque ab aduentitia aliqua virtute, aut humore corporis ipsis obuentium: ergo ab aliqua substantia corporis omnibus potentior, ac subinde, spiritali, & intellectu: ea omnia pronenire euidenter, atque, vt minimum, efficacissime, ac prope euidenter ratione naturali monstratur: id, quod in locutionibus ratiociniis Diuinationibus, & oraculis statuarum, sacrificulorum, varum gentium, & emergentium aptius adhuc est; substantiam, scilicet, scientiarum, linguarumque peritissimam, & quæ prædicunt futura, vel occulta locoque emergentis ignoto intelligentem, quare & intellectuam statuis, vtriusque emergentis, vt instrumentis vtendo ea omnia præagere: hæc autem solum Angelus esse potest: ergo ex his effectibus euidenter, vel prope, Angelus esse, siue Angeli existentia conuincitur.

2 Minorem (quæ sola euidenciam, siue efficaciam prope euidenciam, desiderare videtur) probat efficaciter contendunt Vazquez, & Quirios, quia ea substantia intellectualis in eis delitescens, & viros, illos effectus, cum per emergentes, & statuas, vates, magos, & res magicas, operans Deus esse non potest nec anima separata spiritalis, & intellectiva alterius de anima enim emergenti causam esse non posse, & per se pater, & euidencissima experientia: quia, cum dependentia à corpore, & limitatione facultatum, & organorum eius operatur, vt patet contra Plutarchum recitatum cert. 1. num. 5. versus finem: sicuti, & de anima varum sacrificulorum Magorum, & incantantium ipsorum: quia, & alios suis incarnationibus, orationibus, & sacrificiis inuocant: ultra hæc verò nil, præter substantiam, intellectuam, spiritualement completam de se esse, intelligi potest, quæ Angelus est, de cuius existentia disputatur: ergo ex eis effectibus Angeli existentia euidenter, vel saltem efficacissime ratione naturali conuincitur. Dei specialem, atque, vt particularis causæ in hos effectus influxum reici euidenter putant Vazquez, & Quirios generali illo principio, quod ridiculus, & irrationalis sit in naturalium effectuum causis designandis recursus ad Deum: quod tamen principium, quantum ab euidencia naturali distet, vbi aliunde adesse particulares causas, eisque proportionatas, & aptas magis ad eos effectus, quam Deum non constat, pater ex dictis cert. 2. num. 9. Noster Vazquez in arreptiis furneribus probat quia videntur eos interdum ad tempus aliquod musica (vt Sauli contingebat) ac medicamentis aliis sanari: quia mimimum, Dæmones eos torquere, effectusque illos in eis efficere nequeunt,

tino disputabant, ut eum ratione naturali, vel ex admittis convincerent, atque inconsequentia tenebant; sed ut falsitatem eius sententiam apud fideles, quos instruebant, arguerent: apud quos fidei notitiam uti ad eam ostendendam optime possent: imo eis suppositis melius congruentiusque rationi de possessione corporum ab Angelis, quam ab animabus separatis Christianis philosophari, poterant etiam gentilibus ostendere. Ac demum, cum Plotinum, tum Platonem, & Aristotelem, atque antiquiores reliquos Philosophos, non hanc solum de existentia Angelorum veritatem, sed & abstrusiores alias ex libris Moysis, & aliis oraculis vatum & sybillarum à Deo dispositis, ut fidei nostræ viam iteraret, atque tandem emissis potius, quam naturali ratione subodoratas scripsisse ostendimus observatione non ineptiosa. Tomo controuersiarum de Trinitate de incarnat. controuersijs, & disputationibus de vtroque Mytherio primis. Inde diluitur commune, & antiquum argumentum aliud pro euentia naturalis & demonstrationibus præfatis existentie Angelorum, quam ex eis discursibus suam peritiores Philosophi (qui ex solis naturalibus veritatibus indagant, & philosophantur) consone, & constanter habuerunt. Id enim ex Dei reuelatione, & dispositione præfatis subodorati sunt, & apte quidem, ex ea supposita notitia discernerent ad idipsum, & concernentes alias veritates suadendas. opposuit sibi tandem Atriaga, n. 4. Eam saltem, ante quam nullus homo præcelleret, qui obisset, damnataque esset, ut eius praua animi per serpentem ipsam alloquens ad peccatum induceret, naturaliter agnouisse Angelum ipsi per serpentem loqui, ac nusquam animam separatam. Respondet tamen & bene Euz nulla ratione naturali constare potuisse, nullum extra vel intra paradisum hominem, sibi, & maritio Adamo prævisisse, obissetque, ut eis separatam animam ab allocutione per serpentem illum euidenter excluderet, sed solum ex sibi, vel marito Adamo à Deo reuelatis.

Si ergo præfata omnia æqua lance libentur, li- quido apparebit, quanto iure idem Atriaga n. eodem s. dicendum ergo est concludat existentiam Angelorum argumentis hinc minime demonstrari, sed & Quirios ipse ab ostendende efficacie rationum harum naturalium maxime intentione deficiit: tandem, sect. 1. dum probabiliora argumenta eiusmodi pro Angelorum existentia, quam quæ pro ea enervandis afferuntur, solummodo concludit, quia (inquit) nil vniuerso incompletum experitur, & ac proinde completas solum substantias esse, quæ in eo nobiscum commorantur, quam separatas animas incompletas, naturali rationi stando debet censei: & hæc quidem ratio, alia ex naturalibus, & postrema pro Angelorum existentia, ex Magorum, & enigmatorum effectibus petita est: sed majus aliquid probabilitatis pure naturalibus principiis minime inducit: etenim, & si nihil incompletum in vniuerso experiamur, naturali tamen ratione, quæ animæ immortalitas demonstratur, eam defuncti cuiusvis corpore, tamen partialis, & incompleta substantia sit, alicubi rerum, & vniuersi persistere naturali discursu paulisper ducto, atque protrahendo demonstratur. Unde ergo maiori probabilitate ratione naturali ostendit, non illam, sed substantiam aliam completam, viros illos Magorum, & enigmatorum effectus per ipsorum corpora efficere, imo nec posse operari? inde tamen maiori probabilitate specie sic ostendo. Existentia quippe animæ alicubi ex eius immortalitate euidenter deducit, imo, & eius immortalitas inde solum euidenter ostenditur, quod eorum, qui in corpore bene egit, aut male, debitam mercedem, cum socio actionum corpore recipiat: quod fieri non posset, si corpore abscedens periret: nec iterum illud subinde esset viuificatura, ut perentibus brutorum animis vlti veniit. Hinc autem fit, ut eius solum corporis, cuius pars, seu compars fuit, cuiusque viuificationi destinata creatur, eiusdem confortio, & conseruationi inclinata, cum separata est, persisteret, eiusque ad conuictum, & commercium viuificationis vltioris ex primæ viuificationis possessione, quæ situm: quocirca separatæ animæ ad corpus, aliud etiam non informatiua euocatio (quæ fors Samuelis animæ & Dei contigit voluntate) non solum præter, sed

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

contra eius naturam, ac vniuersi ordinem, & existentiam erit, rariusque longe, quam enigmatorum, & Magorum effectus viros, quos experimus: quare ad separatas animas pro eis efficiendis recusamus, ut contra euidentem rationem non sit; minus tamen rationi naturali congruus erit, eo vero præcluso totales substantias inuisibiles esse rationales, & liberas, à quibus eiusmodi effectus proueniant, quam magna probabilitate, citra euidentiam ratio naturalis ostendit, cum plerisque eorum effectuum Deo, ut authori tribui ratio etiam naturalis prohibeat, ut vidimus, numer. 23 sine.



QVÆSTIO II.

Quando creati Angeli fuerint, & ubi.

Vo hæc quæstionis titulo proposita longioris examinationis non sunt quippe quæ à ratione solide statui nequeant: cum enim & locus, & duratio creationi Angelorum è mero Dei arbitrio, omni naturalis, adhuc reliquarum rerum, præcitate exigentia lege soluto contingant, nil à ratione naturali firmiter pro duratione, & loco determinatis, quibus Angeli creati sunt, produci potest. Ergo ab autoritate sola definendum utrumque erit.

CERTAMEN I.

De duratione in qua Angeli creati sunt & primo extitit, statuitur.

1 Dicendum primo est: Angelos ab æterno creatos non esse, neque ex æternitate extitisse. Est de hinc conclusio. Et si enim creaturam, quamvis natura permanentem (quidquid de essentialiter successiva) ac subinde Angelos, qui ex ita permanentibus sunt, create ab æterno Deus pro suo libito possit; ac non illos ab æterno creare voluisse, nec de facto creasse definitum est in Concilio Lateranensi relato ad verbum cap. firmiter de summa Trinitate, & de Catholica his verbis: *unum est vniuersorum principium creator omnium, inuisibilem, visibilem spirituum, & corporalium, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spirituales, & corporeas, Angelicam videlicet, & mundanam, deinde humanam.* Pende illud ad præsens ab initio temporis: quo Angelorum ab æternitate creatio, atque, ex æternitate existentia, ita excluditur, ut de eius definitione in eo textu nusquam dubitandi locus appareat: quare neque vllus ibi definitum hæcenus dubitauit; tametsi de omnimoda substantiæ, & natura eorum spiritualitate, ibi etiam definita, male Doctores aliquot dubitauerint, ut d. 1. q. 1. videbimus; fateor tamen difficilem esse Basilij, huic Catholice veritati aduersam locutionem apud Valq. inficiandum ex n. 4. quæ sic habet: *erat quidam vetustior quidam mundi generationis status super mundanis potentibus conueniens, superætemporalis, æternus, sempiternus;* & verbis reliquis satisfacit Valq. explicatio de intervallo, quodam imaginario, & fluxu, quod ex illi motum tēpus nostrum constituentē iuxta Patres à se explicatos, d. 1. c. 6. antecesserit, vel iuxta Aug. 3. lib. imperfecti super Gen. qui præter tempus nostrum aliud anterius ex successibus Angel. operationibus, si ante nostrum crearentur fore admittit; neutra vero explicatio verbis illis æternus, sempiternus satisfacit: quare nisi de statu Ang. æterni in Dei cognitione, cum Angelis in spiritualitate conueniente (quod mundana creata non habent, etsi à Deo ab æterno cognita) benigne intelligi nequit.

2 Solum potest serio à Catholicis disputari quo tempore fuerint creati Angeli, ac esse absolute ceperint ante reliqui vniuersi creationem? an postea? an simul cum primo productis creaturis, cælo nimirum, & terra die creationis, primo? an alio ex sequentibus die? vel alio creationis rerum posteriore? qua in quæstione Grecorum Patrum concors fere sententia fuit

anteriori tempore ad primum creationis cœli, & terræ diem Angelos fuisse à Deo creatos, ita Basilus, Orig. Anastas. Sina ita. Naz. Nicetas Moyses Episcopos, quibus ex latinis accessere Clemens Pap. Hieronym. Ambros. & Cassian. referente Soario I. de Angel. c. 3. Franc. Amico de Angel. d. 2. n. 272. & ante ipsos Vazquez t. 2. in 1. p. d. 224. c. 1. vbi n. 3. refert etiam Bedam & Damascenum, & Isidorum. Molina vero q. 61. art. 3. addit S. Maxim. in centurijs Theologicis. Ioannem Oyparissior. decad. 8. dec. Theol. c. 3. & 4. quorum communia fundamenta inferius rejiciemus: ex græcis unus Theodoretus apud Soarium ibidem, & Ariag. d. 1. sect. 3. Angelos non nisi post mundum materiale creatos, censet, imo neque à Deo creati potuisse: quia in loco aliquo creati necessario debebant, qui tamen, nisi mundi materialis creatione supposita nullatenus poterat esse: cæterum ea sententia, & ratio Theodoretæ non fuit, sed quam fidelior, ac rigidior longe alienarum mentium examinatore Vazquez retulit, c. 3. versu, *ut concilium definiret* n. 13. nempe cum corporea creatura simul tempore Angelos fuisse creatos, nec ratio digna Theodoretæ est. Tum, quia in mundi corporeæ creatione, quæ nullum locum realem duratione anteriorem supponit; sed sua attulit productione, fuisse. Tum quia in loco reali corporeo, eoque sensu alicubi creatura produci à Deo debere falsum omnino est: cum spirituales solas scripturas creare Deus poterit, tamen alicubi id est cum propria præsentia alicui spatio imaginario respondente creati singula, & omnia debeant. Tum denique, quia simul tempore cum mundo corporeo creati Angelis (quod solum Theodoretus voluit) alicubi localiter etiam proprie, non autem nullibi crearentur. Non igitur prius tempore. Angelis creatum mundum materiale Theodoretus asseruit, sed tempore simul; idque vili adeo ratione non probavit, sed alia, & si non admodum efficaci verisimiliori ex 1. ad Hebræ. *Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi*: quasi eorum creatio missio absoluta in mundi materialis administrationem eis verbis asseratur, ac proinde mundum ipsum administrandum natura prius, vel saltem simul non posterius tempore absolute esse supponat: cum absoluta administratio, nondum absolute existentium esse non possit. Hæc sane Theodoretæ eo loco sententia, & ratio fuit, quamvis non satis firma: quia cum missio in ministerium (quod Angeli nomen significat non autem Angeli naturam, vt diximus) naturæ Angelicæ creatio non sit falso nititur fundamento.

3. Dicendum nobis est: Angelos non antequam, sed simul duratione cum corporeo mundo fuisse à Deo creatos. Ita ex Patribus Græcis Epiphanius heresi 6. ante med. Theodoretus vbi proxime ex Latinis Augustinus 11. de ciuit. c. 6. & 22. & contra Faust. c. 1. & 20. & de Genesi ad lit. c. 7. & 8. & si citato c. 3. libri imperfecti, & de incarnat. verbi (sic eius author est) c. 6. in certum, & in secreto humana ratione impenetrabili creationis Angelorum tempus censet. Est item conclusio Bedæ t. 4. lib. in exameron sub init. Hugonis de S. Vi. t. 1. de Sacram. p. 5. c. 3. & 4. Ruperti 1. in Genes. 10. & 11. Gregor. Magni 32. moral. c. 9. alias 10. vbi cœli nomine in mundi creatione Angelos, seu spirituales substantias intelligit. Certe Isidorus pro opposita sententia citatus ex 1. de sum. bono c. 12. sentent. 4. sicut, & Beda t. 8. lib. quæst. separat. q. 9. vbi Isidori non sensa solum, sed, propemodum verba sectatur pro nostra conclusione eis ipsis locis steteret: etenim sententia 3. Isidorus inde ante omnem creaturam Angelum creatum probat, quia de ipsis dictum est, *fuit lux*: siquidem scriptura ait, *Prior omnium creata est sapientia lux enim dicuntur, participando luci æterna, sapientia vero dicuntur, ingenerata inherendo sapientia*. Sententia vero 4. vbi expressius ait *ante omnem creaturam mundi creatos Angelos esse*, addit: *Et ante omnem creationem Angelorum Diabolus conditus est, sicut scriptum est: ipse (Behemoth.) principium viarum Domini*: cum autem Diabolus simul tempore cum reliquis Angelis à Deo conditus videret, primum creationis cum Dæmonis respectu Angelorum, um horum respectu cœli, & terræ dignitatis solum

fuisse non temporis statim his verbis explicuit unde et *comparationem Angelorum Archangelis appellat* est. Primus enim creatus existit ordine prælationis non temporis antiquitate, quo etiam sensu sententiam suam de anterioritate creationis. Behemoth seu diabolus cæteris creaturis, quæstion. 32. moral. c. 18. explicat Gregorius, quia ipsum eminentiorem fuit Deo Dæmonem Isidorus sententia 7. ait. *Prius de cælo cecidisse Diabolus creditur, quam homo conderetur*: nam mox, *ut factus est in superbiam erupit, & precipitatus est*. Sed non potuit mox; vbi creatus est de cælo cadere, & precipitari, nisi in cælo tunc, cum primum creatus fuit, esset, ac crearetur: quare eius creatio, cœli simul tempore, aut duratione, cum terræ conditæ creatione, nequit ex Isidori sententia fuisse verisimilior.

4. Sed præter Epiphanijs & Theodoretæ auctoritatem, quam magnam conclusio nostra ex alijs Græcis Patribus habet. Etenim Sophronius epistola professionis fidei suæ apud 6. Synodum adione 11. i cunctis Synodi Patribus, vt Orthodoxi recepisse ait. *De principio visibilis mundi, & consuetudinis, quæ facta est, Confitetur: quod omnia, non tantum visibilia, sed inuisibilia vni Deo conditi: & in non existentibus protulit, vt existerent & non existerent repente* (non successione præcedentis inuisibilium aduisibilia) *vt vt existerent, & horum multarum nullum differentias prudenter produxit*. Omnia enim per *unigenitum filium in Spiritu S. facti, quæ & sapientia providentia continet vt Deus suis quibus præstet, principiumque omnibus temporale constituit*. Pende illud *temporale principium*, quod quidem de tempore nostro cunctis nobis noto eiusque principio nobis adeo cunctis reuelatæ intelligi necessarium debet: non de alio successione Angelicarum cognitionem, in quod Augustini subtilitas incidit. Ac præter principium creaturarum omnium, tam visibilium, quam impossibilium (de quo suam fidem vbi Sophronius exponit) de principio durationis, ac non alio, quam visibilis mundi, & temporis esse necessario intelligendum. Inde vero constat primo Cassianum loco supra citato minus attente dixisse, neminem scire de opposita sententia suæ veritate dubitasse. Cum nec Latini Patres primores, totique ex Græcis nominatissimi imo sexta Synodi Patres omnes Græci præterque nostræ conclusioni in professione fidei Sophronij subscripserint. Constat inde, Secundo S. Thom. prima parte quæstione 61. a. 3. ad primum nimis Cassiani (vt puto) præfata sententia fuisse, vt assereret Græcos Patres concorditer sentire Angelorum creationem creatione mundi visibilis, & corpori duratione fuisse anteriorem: Ac demum, nec bona debet, quæ fide post Vazquei, & Molinæ nostri citatis locis accuratam eruditionem fere omnium Græcorum auctoritas conclusio dici potest nostræ à Patrum auctoritate præponderare, nisi ab his, qui verumque doctorem cursum, vt summum legerint.

Certe ab scholasticorum auctoritate summum firmitatem conclusio nostra sortitur. Est siquidem scholasticorum omnium veterum cum Magistro in 1. cap. 2. S. Thom. 1. p. q. 61. a. 3. vbi Caietan. Bonet Pelanus, & reliqui Thomistæ Dominicane, & Ioan. Præpositus, Vazquez Molina, Valentia, & Iulius scholæ Soar loc. citi Franciscus Amicus de Angel. d. 2. Ariag. d. 1. sect. 3. Quirós d. 50. sect. 3. Granades. 11. 10. & illius in 2. d. 2. 5. 3. Probatur ex scriptura & (me iudice) firmum, quam à Theologis aliquot satis doctis repugnat, vt nesci. 1. in principio creauit Deus calum & terram, quod quo Epiphanius supra; Clare indicat scriptura, quod neque post sidera facti sunt Angeli, neque ante calum, & terram: cum palam, & intrinsecabile sit Diabolus hoc: quod ante calum, & terram nihil erat creatis. Nam in principio fecit Deus calum & terram, principium sit, & nihil ex creatis ante hoc ipsum sit. quam ipsam loci litteralem interpretationem tradens, Augustinus 12. Confession. c. 20. & 28. ac lib. 11. de Genesi ad litteram, cap. 4. ac pluries eorum in sua operibus supponens, & reliqui Patres communiter illi etiam, qui aliam litteralem eius textus interpretationem admittunt; vt enim constans scholasticis doctrina

ribus sententia jam est prima parte quæstione prima articulo decimo, vno eodemque loco plures literalis sensus ab spiritu sancto intentos posse contineri, & si unus literalis sensus esse admittatur alter à genuino, etiam literæ sensu eo præcisè, non excluditur, nisi ab ita vnum illum admittentibus Patribus, & interpretibus expresse rejiciatur, & impugnetur: quocirca solutio ad hunc textum infirmum ab aliquibus tentata inanis est: scilicet illud. *In principio*, non initium, seu principium creatæ durationis, & temporis ibi significare, sed causalitatem, & primi agentis, seu causæ primæ rerum: vt tantumdem valeat, atque *in filio creauit Pater calum, & terram*, vt exponunt Origenes, hom. in Genes. Hieron. quæstionib. in Genes. Ambros. 1. exhamen. cap. 4. August. 11. confess. cap. 9. & lib. 11. cap. 19. 20. & 28. Lunil. Eucher. Beda iuxta illud ad ephes. 1. *in ipso creata sunt omnia*: cum iidem Patres de principio temporis, & durationis creaturarum ad litteram etiam dici doceant, simul: quod satis nostræ probationi est, vt conclusionem nostram euincat, & quidem litteralem hunc nostrum sensum, alijs etiam quibusvis admittis, excludi non posse ex scriptura ostenditur. Inde enim constat, & primam diem creationis rerum capisse (atque alios vsque ad hominis creationem) & initium ab scriptura numerari, ac proinde cæli, & terræ creationem principium temporis, seu durationis creatæ verbis illis *in principio* ab scriptura aperte designari: ex quo per successionem motus tempus decurreret diebus, noctibusque constans, quæ vespere, & mane vocibus significemus: tamen quomodo successus hic motus vocibus lucis, seu diei, & mane significatur, & tenebrarum, seu vespere, & noctis significatur tribus diebus primis, ante quantum, quo firmamento die secunda producta, alia omnia, ac nominatim sol, & luna ei affixa sunt eueniret? scripturarijs, ac Patribus his sit: de qua tam ipsi, quam Molina d. 7. de opere sex dierum Soar & alij, qui de eo opere disputant, dies vero alij per vespere, & mane cognitionis rerum creaturarum perfectionis, elatiorisque, & obscurioris, & imperfectioris bene quidem, & subtiliter ab Angustino exogitari sunt: per metaphoram autem, & allegoriam, non vero ad litteralem sensum, vt minus veræ nonnulli contendunt.

6 Enatio secunda aduersariarum, & sane minus literæ textus repugnans, est, illud, *in principio* initium temporis & durationis creatæ (vt hætenus monstratum est) literalis sensu demonstrare; non tamen vniuersum sumptæ, & prout omnem creatam durationem complectitur, sed solum speciem temporis nostri: quod dubio procul cæli Empyrej, & terræ creatione caput, & vnde à nobis (quibus Moses temporis, dierumque initium & supputationem tradebat) dies anni, ac secula numerantur, & quibus duratio creatæ Angelica, (& si anterior tempore nostro fuerit) ex vi esse non poterat. Certe ex textu hoc, & eius capitis contextu toto præcisè non ita facile rejici potest, ni alia adessent scripturæ, & conciliorum testimonia, quibus de omni creatæ durationis initio illud *in principio* eo loci intelligi ostenderetur, atque ex alijs id ipsum deduceretur efficaciter. Primum testimonium extat Proverbior. 8. vbi æterna sapientia, vel formalis, vel genita, seu obiectiua, & exemplaris omnium imago Dei filius, & verbum de se ait. *Dominus possedit me in initio viarum suarum* (in ipso enim condita sunt vniuersa, vt statim ex Paulo referam) *antequam, quidquam faceret à principio*: scilicet à principio, in quo Cælum & terram creasse Deus dicitur Genes. 1. & is locus supponit, ante quod æternitas sola præcessit: ergo cum nihil factum à Deo, nisi ab eo, siue ex eo principio, hoc loco asseratur, anterior ad illud principium Angelorum existentia, creatio, & Duratio creatæ non fuisse expresse asseritur & illud *in principio* in quo Genes. 1. Cælum, & terram creasse Deus dicitur principium, non solum temporis nostri, sed creatæ omnis durationis significat. Confirmatur vrgentius adhuc & clarius: vt enim se ab æterno, & ante omnem creatam durationem Dei sapientiam, seu verbum esse, & ex æternitate, quæ omnem creatam

Christoph. de Origene, de Deo vno. Tomus II.

durationem antecessit, explicatius ostenderet, illico, & continenter subiungit: *ab æterno ordinata sum*, & *ex antiquis antiquam terram fieret, nondum erant abyssi*; & *ego jam concepta eram*. Si autem cæli, & terræ creatio durationis omnis creatæ, quæ absolute fuit, principium, non esset, sed creatæ Angelorum duratio fuisset anterior. Male æternitatem suam Dei sapientia, aut verbum probaret, explicaretur, ex eo, quod esset antequam terra conderetur, & temporis nostri initium poneretur: siquidem & Angelorum creatæ duratio initio temporis nostri iuxta aduersarios præcedens æterna per ipsos non est. Secundum testimonium illud primi Genes. confirmans sit exodi 20. *sex diebus fecit Deus calum, & terram; mare, & omnia, quæ in eis sunt*; ergo & Angeli, qui sunt in cælo, & tunc temporis soli erant, intra sex illorum dierum spatium, nec antierius ultra creati ab scriptura asseruntur: ac subinde principium sex illorum dierum non solum creationis & durationis temporis nostri, & rerum corporalium, sed & creationis, & durationis spiritualium, & durationis creatæ cunctarum principium est, atque ab scriptura dicitur. Id ipsum continetur verbis illis Pauli ad Coloss. 1. *in ipso* (filio Christo) *condita sunt vniuersa, in calum, & in terra visibilia* (quæ in terra & invisibilia (quæ in cælis) siue throni, siue dominationes siue principatus, siue Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: hi autem omnes Angelici chori in cælis nondum existentibus condi, creatique, vt hoc loco dicitur, minime potuerunt; ergo neque ante eorum creationem, & durationem.

CERTAMEN II.

Conclusionis probationes alie.

1. **P**ostremum testimonium sit ex Eccles. 18. *qui vixit in æternum creauit omnia simul*; ergo non Angelos duratione aliqua anteriori. Huius testimonij, & illationis solutionem nobis etiam, & omnibus incumbere aduersarij respondent: cum ex Genesi, & fide constet, non omnia, neque omnium rerum genera, & species simul instantaneæ, imo, nec primo creationis die, sed quinque reliquis diebus temporis successu fuisse producta: quare eo rigore, nec simul accipi eo loci potuit, nec illatio facta legitime deduci; sed sensibus alijs illud simul accipi debet ex quo illatio non currat. Cæterum, si creandi vox, quæ Ecclesiasticus vixit, attendatur, rigida acceptione vocis simul, pro eadem, & instantanea duratione, illatione facta nos minime tangi apertum est: etenim, quæ creatæ proprie sunt, nec aliquid supposuerunt productum antierius, ex quo producerentur, & fierent primo die & principio temporis creatæ omnia sunt: cælum scilicet, terra & Angeli; vt contendimus; reliqua vero vltius quinque diebus succedentibus producta, non quidem proprie creatæ, sededucta, ex cælo, & terra præsuppositis, & antierius creatis fuere, quare, & in quæ illud simul, & interesse, & cum cælo, & terra comparatis, de creatis solummodo dictum, non cadit, vt nos etiam proinde cum illo successionem productionis eorum componere debeamus: quamquam, & de his omnibus intellectum reuera vt facilis est pro nobis solutio Magni Gregorij (& quæ nequeat aduersarij inferuire) 32. Moral. c. 94. *his verbis cum simul, calum, & terra describitur, simul factum quidquid de terra produciatur indicatur. Propterea ergo dicitur fecisse Deus omnia simul, quia omnia, quæ deinde facta sunt ex his duobus facta sunt*, quam interpretationem approbat S. Th. 9. 74. 2. 2. ad 2. & Angelorum quinque ex cælo, neque ex terra facti sunt, non quadrat creationi.

2. Sed inquit illud simul in scriptura sæpe, non significare instantaneam physice rerum, coniunctionem, & productionem, sed moraliter, quia inter vnam, & aliam, eiusque productionem per breue solum tempus intercessit, quod in moralis æstimatione hominis pro nihilo reputatur.

reputatur sic gen. 2. *Ha sunt generationes cali. & terra quando creata sunt, in die, quo fecit Deus calum, & terram:* cum tamen pleraque generationum, & operum ibi relatorum, quinque sequentibus diebus fuerint peracta & Marci 10. *Ab initio creatura masculum & feminam fecit eos, scilicet homines qui non initio Physico creaturae, & creationis, nec totis quinque creationis diebus, sed die sexto sequente fuere producti & Ioan. 8. Diabolus fuisse homicida ab initio, dicitur: quatenus, & si, non paucis absolute post primam totam rerum creationem annis malignum Cayn, ad fratricidium Abelis impulerit, ac instigavit, relate tamen, ad tam multos annos tum, cum id dicebatur, decursos pauci morali, & communi estimatione reputantur: quare, etsi anterior mundi creatione, non solum vno die, vel anno, sed annis aliquot Angelorum creatio foret, iuxta eam scripturam plurimum simul cum eo creatus mundus recte diceretur. Secundo aiunt simul in scriptura, siue aequae significare. Psalm. 13. *Omnes declinantur, simul inuiles facti sunt & 48. Simul insipientes, & stulti peribunt, & vox Graeca κοινῇ, quam vulgata simul, vertit, id videtur significare. Tertiū aiunt illud simul non in externa rerum creatione in se, sed in Dei sapientia intelligi posse cum Ruperto 2. in gen. cap. 28. His tamen omnibus interpretationibus sensibusque eius loci, & aliorum quibus confirmantur sine examine rigido admissis nullo eorum rigidissimis & propriissimis simulaneae creationis proprietate rerum creaturarum ratione materiae, in instanti, & principio physico temporis excluditur: quo, ubi nil aduersum inuenitur expresse scripturae, vel ex ipsa deductis fidei dogmatibus, intelligenda ea vox est; dum rigore Scholastico, & interpretatio litterali agitur: & si autem aequae omnes sensus eius vocis, & textus sint, nec vnus alterum excludens, is sane negari à Theologis nequit, quo definitio Ecclesiae illum locum acceperit, eiusque sententiam nos docuerit quod praestitum, tam in hoc loco, quam reliquis haecenus adductis iam ostendimus.**

3. Mitto illud gen. 2. *& requieuit Dominus die septimo ab universo opere, quod pararat.* Tameñ videam Augustinum 11. de ciuit. cap. 9. inde conclusionem hanc suam, & nostram confirmasse. Neque enim ex eo, quod septimo die ab omni opere requieuerit sit ut nihil ante sex illos effecerit, siue omnia, quae fecit intra sex illos dies fecisse; sed nihil deinceps ab ipso, peculiariter, absque creati agentis interventione fecisse, ut ab eiusmodi operatione cessaret, & quiesceret. illud etiam testimonium ex 1. ad Hebr. *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi:* quo in hanc conclusionem inductus Theodoretus fuit, nihil probare ostendimus cert. 1. num. 2. quia spirituum missio in ministerium, idem, quod eorum creatio non est, quod missio, non substantiae caelestium spirituum sit, sed ministerij, & ex qua non substantiam habeant, sed Angelorum nomenclaturam. Deinde: cum ministerium, in quod missi, eo loco spiritus illi dicuntur, & vnde, administratorij, missi, seu Angeli nuncupantur, sit ministerium erga homines exercendum, (ut constat, ex continuo ibi, subnexis, *propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*) ductum inde Theodoretum argumentum sexta die simul cum homine, ut summum, vel paulo post, non autem paulo ante, nedum in instanti creationis, primo, atque instantaneo, simul cum caelo, & terra Angelos creatos esse probaret, siquid probaret.

4. Probaturs vterius conclusio, ex aliis scripturae locis, adiutis alia Patrum communi sententia naturali ratione satis congrua; quia Angeli, simul ac peccauerunt, fuere in infernum detrussi siue in inferiorem caelorum, ac stricte inferni flammis addicti iuxta Math. 25. *ita maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius & 2. Petri 1. Angelis peccantibus non peperit Deus, sed rudentibus inferni tradidit cruciandos.* Siue, sicut Iudas, sua Ep. canonica in iudicium magni Dei vinculis aeternis reservati, id quod statim, ac peccauerunt effectum fuisse Patres docent Chrysost. hom. 5. de verb. Isai. post med. hom. 15. in Ioan. sub fin. Nazianzen. orat. 30. in sancta lumina sub init. Augustin. in Psalm. 103. ad id *Draco iste,*

Isidor. 1. de summ. bono, cap. 11. sententia 7. ergo infernus eiusque ignis & vincula cum Angeli peccauerunt, existerat, ac proinde terra, in qua infernus est, & Angeli, & si non in primo instanti siue creationis, prociis tamen interiectis instantibus, & morulis, ut creati sunt, peccauerunt, ut cum Isidoro praenotat. & Beda qu. 9. separatarum citata, & aliis communis sententia fert probauimusque d. 3. de statu vitz Angelorum, eiusque termino disputantes: quia, cum peccationis longe ingenij ad deliberandum, & considerandum, atque ad eligendum promptioris, expedientiorque voluntatis, quam homines viatores Angeli, etiam infirmi, sint, breuissimo, ex paucis morulis constituto tempore egerunt, ut deliberarent, & eligerent, obdicerentque, vel transgredierentur: neque amplius spiritum eis ad consultationem, & electionem ex natura rei concedi oportebat: cum ergo statim, ac peccauerunt in ignem, & infernum iam à Deo paratum fuerit proiecti pauculisque durationis morulis, à sui creationis ante peccatum morulis totidem parati durationis simul fuerint creati: siquidem eas solum morulas, & instantia temporis, status vitz Angelorum ex natura rei exigebat, vtriusque absque fundamento à ratione anteriora alia designarentur. A ratione inquam: auctoritate enim Nazianzeni, & Damasceni addi potest alia possunt, quibus antea absolute mundo visibili, & corporeo intellectus mundi caelestium spirituum conditus esset, quod si Patres voluissent, ut et eorum verbis claret cert. 3.

5. Simile argumentum pro eadem conclusione, ex scriptura, & Patribus formati potest, etiam, ut videmus, statim fere, ac creati sunt Mali Angeli peccauerunt, ac mox sunt in infernum proiecti, Proiecti autem sunt à caelo: ergo erant in caelo, cum peccauerunt: ergo & simul, ut minimum, cum caelo creati. Prima consequentia patet, quia ex loco in quo non erant, cum peccauerunt, turbati in infernum non poterant. Secunda consequentia est legitima, quia, si statim fere, ac creati sunt peccauerunt pauculorum illorum instantium, seu morulorum deliberationi, & electioni necessitatum, subiecto à creatione ad ipsorum peccatum initium fuit, ubi peccauerunt, nempe in caelo creati sunt: vtriusque argumentum, satis superque confirmabitur quo, loquimur, ubi ex Isai. Ezechiel. Luca, & Apocalypsa Angelos in caelo creatos & caeloque ob peccatum ad inferos precipites ostendimus. Aliam rationem, Soanen. & alij producant; quod scilicet, tot, tamque perfectas substantias spirituales totales specie, & numero directas cum tot corporeis mundi materialis, & visibilibus simul semelque à Deo produci, nullis ab ipsarum creatione durationis inducijs expectatis ad corporalem creationem maximo opere Dei omnipotentiam, nec rerum productione lassatum, fatigabilem ostendit, neque amplius Dei gloria, ita productis rebus commemoratur, quam, si successive Angeli creatione, quae fatigatus Deus, atque omnipotentia exhausta vixit vterius tempus expectandum esset, ut spiritus, hominis instar, resumeret, atque ad mundi corporei creationem prederet. Verum hæc ratio simulaneam omnium creationem à Deo minime probat, sicut neque aliorum omnium, quæ nec simul, nec successively produci, & quorum omnium, simultanea productione amplius longe Dei, & omnipotentia gloria, & perfectio innotesceret: tamen aliunde probat simultaneam formationem vel plurimum etiam, quæ Deus potest, creationem congruam facti, & pique ratio, eo discussu credetur.

CERTAMEN III.

*Postrema ex Conciliorum autoritate
probatio datas confirmans censura-
rumque in aduersam examen.*

Hactenus pro conclusione nostra ex locis scripturæ in terminis loquentis cert. 1. an. 5. & cert. 2. vique ad numerum 4. producta ex concilijs in sensu, quem litteralem pro nostra conclusione contendebamus, eorum verba in fidei de hac re sue professione intelligentibus magnopere confirmantur, & primum sexta synodus generatione 11. professionem fidei Sophronij in eius epistola ibi recitata approbat. Sicut autem professionis illius (quoad præsens attinet) verba. *De principio visibilis mundi* (tam actiuo, quam temporario) & *constitutione, qua facta est consuevit: quod omnia, non tantum visibilia, sed, & inuisibilia vniuersa Deus condidit* (non dæmon, vt Manichæi, atque hæretici alij volebant) *vt ex non existentibus protulit, vt existerent, & non existentia repente* (vno vt aiunt, impetu creationis) *protulit &c. qua & sapienti providentia continet, vt Deus suis operibus præsidens, principiumque omne temporale constituens.* Nobis cunctis notum, quod non, nisi corporum motu fit, aut est: ergo ante principium temporalis huius motus corporis, qui a corporei, & visibilis mundi creatione principium habuit, & cepit, creati Angeli, seu inuisibilia non sunt. Patet: quia alias inuisibilibus (quate, nec cunctis visibilibus, & inuisibilibus) temporale principium non constitueret contra Synodum, & professionem fidei Sophronij; nec repente omnia visibilia, & inuisibilia, seu simul duratione, vt ibi dicitur, sed æternius, & ante temporale principium inuisibilibus principium durationis Deus constitueret. Ecce sensum, quem illis locis. *In principio creauit Deus celum, & terram, & creauit omnia simul.* Contendamus: scilicet, de principio temporis nostri, & similitate durationis Sophronius, & sexta synodus profiteretur.

1. Testimonium secundum est ex Concilio Lateranensi 4. sub Innocentio III. relato, c. summe de summa Trinit. & fide Cathol. ubi ita definitur. *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur: quod vnus est solus Deus verus, vnus vniuersorum principium, creator omnium, inuisibilium, & visibilium, spiritualium, & corporalium, qui sua omnipotente virtute simul, ab initio temporis.* (Scilicet similitate durationis temporis nostri initio, quod enim simul, id est pariter, seu æque, omnia inuisibilia, seu spiritualia, & visibilia, seu corporea, & materialia creasset, iam prædixerat, & explicatus continuo subiungit) *vtamque de nihilo condidit creaturam spirituales, & corporales, angelicam videlicet, & mundanam, scilicet pure corporalem, quia cæli, & terre creatione in temporis principio, ex quo deinceps corporea reliqua producerentur corporum omne creatum est, vt ex Gregorio Magno recitabamus, cert. 2. n. 1. ac deinde, (id est deinceps) humanam, quasi communem spiritui, & corpore constitutam.* Id est successu temporis vique ad diem creationis sextum, in quo homo creatus, seu formatus est: cui prima creationis die, ex quo adæquate, sumptus condere, (vt reliquis pure corporeis) prima creationis die eiusque temporis principio, creatum principium non est, cum pars, & præcipua ipsius, anima spiritualis, neque ex cælo, & terra, neque ex spiritibus Angelicis temporis initio creatis fuerit producta, sed à Deo, & ex nihilo creata. Hæc vero particula, *deinde euasione* alijs eis particulis Genes. 1. in principio. Et Ecclesi. 18. simul, quod non de principio, & similitate rigide accepta durationis, qua parum pro nihilo reputatur posse intelligi, satis concilium præcauit: siquidem hominem non simul, & initio temporis (de quo loquitur, dum ab initio temporis, simul Angelos, & pure corpo-

ream creaturam conditos asseruit) conditum ait, sed *postea, seu deinde.* Si enim non de principio temporis, & similitate durationis physice rigide acceptis, sed moraliter solum, & communi hominum æstimatione, quæ parum (præcipue in tam magno temporis spatio quod ad ecclesiastici durationem præcesserat) pro nihilo reputatur, eas particulas intelligeret, cum quinque solum dies à creationis primo, ad sextum, quo homo conditus est, excurrerint, simul, & principio temporis, cum inuisibilibus, & visibilibus conditus homo diceretur. Nec præstat quidquam instantia Arriagæ nostri: quia fide similitate durationis physice in vtraque substantia creanda ageretur, illud *deinde*, de reliquis post primum diem productis vsque ad sextum dici etiam deberet: siquidem ex doctrina Gregorij à nobis recitata, cert. 2. n. 1. ex. 3. 1. moral. c. 9. & approbata à S. Th. q. 74. a. 2. ad 2. anticipato dedimus solutionem.

3. Igitur tam sexta synodus cum Sophronio, quam Innocentius tertius, cum Lateranensi Concilio vtraque fidei professione conclusionem nostram tenuit, & litterali sensu rigido pro principio temporis physico, in quo inuisibilia & spirituales pure creaturæ, siue Angeli, & simul, similitate etiam rigida durationis eiusdem, & instantaneæ, cum visibili & pure corporeo mundo, cælo scilicet materiali, ac terra fuerunt creata in Genes. & Ecclesiastice contineri docuerunt. Inde apud scholasticos jam pridem orta quæstio est: an præsertim post Concilium Lateranense opposita sententia aliquam theologice censuram mereatur? Atque (à leuiori inchoando) an debeat temeritatis notari? qua in re Caictan. 1. p. q. 61. a. 3. & Sixtus Senensis lib. 5. sue Biblioth. annotat. 5. & Thomistæ alij Dominicanæ recentiores, ac Vazquez noster t. 2. in 1. p. q. 224. c. 5. tametsi cum scholasticis omnibus minus longe, quam nostram probabilem reputent opinionem aduersam neutriquam tamen, adhuc temerariam esse censendam Vazquo nostro subscribit Arriaga, d. 1. de Angelis section. 3. num. 11: ego non dubito, Gradenad. tract. 10. num. 10. Pefant. & sane hoc statuto, non multum Dominicanæ illi recentiores exceperunt, cum simul docuerunt aduersam nostræ opinionem defendi licite posse opinionis enim absolute probabilis quantumvis minus probabilis, licet, Defensio Doctorum ita sententiarum fundamentum esse potest: quod neque in scriptura, neque in concilijs recitatis determinatus sensus illarum, vocum *in principio, & simul*, quem intendimus, ne indirecte quidem, & obiter expressus sit; vt non probabiles alios vtroque recipiant. Secundo, quia scholasticorum omnium etiam consensus nequit Græcorum Patrum communi, ac fere omnium concordie sententiæ, ita prævalere, vt ab ea omnem etiam extrinsecam probabilitatem excutiat: maxime cum eisdem Patres Latini memorati accesserint. Et Hilarius 12. de Trinit. versus finem, & contra Auxantium Ariannum: vtroque enim ait. *Angelorum origo terra creatione reperitur antiquior, & Ambros. ex hamer. c. 5. Angeli, & si aliquando esse ceperint erant tamen quando hic mundus est factus, & præfat. in Psalmos ait: eos Deo laudes canere, ante ipsum mundi initium.* Tertiò quia nemo scholasticorum trecentis totis annis aduersæ sententiæ censuram vllam Theologicam affigere ausus est, & si omnes dissenferint, post quos annos Ferrara primum censura illam sugillauit: nimirum ob debitam, tot, tantisque Patribus, obsequantiam quam S. Thom. citat. a. 3. corp. sine profiteretur. Et sane qui tot Patrum sententiam sequitur, & si cum eis fallatur, temerarius esse nunquam potest.

4. Dicendum tamen est: aduersam sententiam temerariam, post concilia præfata, vt minimum esse, ita quotquot erroneum in fide, seu hæresim appellant. De qua censura, Examen, & iudicium nostrum subiiciemus. Expresse vero temeritatis eam notant plures, qui errorem, & erroneam negant. Canus 5. de locis cap. 5. ad fin. quæst. 4. scribens non posse iam illam defendi, sine temeritatis nota, ne quid amplius addat, & S. Thom. & scitatur. a. 3. corp. ob Nazianzen. auctoritatem, eam erroris damnare, non audeat, prius autem ad corporis medium, & si Nazianzen. 1. & aliorum P. a. auctoritatem præ oculis haberet, eiusmodi

b 3 sententia

5 Imo Basilii, pia interpretatione eget; ne Angelos ab aeterno creatos docuiffe credatur. Ambrosius, certe, cum Basilij exhamenon fecit ad verbum, in suo transcriptis, solumque in latinum vertit; non magis anget sententia huius auctoritatem, quam textus eiusdem in aliud loci idioma versio; solum addit ibi de suo, quod Basilij verba, quæ æternitatem creationis Angelorum erroneam sonare alij possent, & omiserit, & tempore factam expressit. Itaque Patrum Auctoritas, neque tot est, arque tanta, quanta ab aduersariis putatur; cum nullo scripturæ testimonio, sed sola Platonis ratione credita, quam examinata, nitatur: cuius detecta debilitas Patrum, qui ea ratione ducuntur, auctoritas. Infringitur, eosque, vt homines, deceptos probat: vt decipi possunt, & decepti alias, non semel sunt, dum, vt homines discuntur. Origenis auctoritas, quam exigua, vel nulla, hac in re sit, non solum, quod ex homilia prima in Genesim, seu eius patriarchon erroribus (scilicet desumatur; sed, quod, eo, ipso textu, qui pro aduersa sententia referitur suum errorem dementibus, seu animabus nostris, ante insinuationem in corpora, imo ante cælum, & terram creatis non solum indicant, sed expresse, euacuat. Igitur Patrum auctoritas pro aduersa, cum ex debilitate rationis Platonice, qua ducti sunt, tum ex maiori numeri Patrum, qui nostram docuerunt, tum ex fundamentis scripturæ litterali, & rigido sensu acceptæ, quibus in nostram sententiam fuerunt induci, tum ex Conciliis generali sexto, & Lateranense 2. quæ eo sensu ea scripturæ loca intelligunt, iuxta superius dicta (vt abstraham modo ab ea, questione, an definitione, an obiter ita ea intelligant? de quo à numero 3.) cum Patribus, qui vtrique concilio adfuerunt: tum ob scholasticum omnium auctoritatem, qui præfata scripturæ, & conciliorum testimonia, eo sensu, & sententia intelligentes concordi iudicio ad-

terfari referunt, noſtramque amplecti ſunt, ut
mine audent Patribus adueſſe conſentire : et qui-
bus omnibus conſtat, eam adueſſe ſententia-
ritatem, facis non eſſe, ut jam poſt prius co-
ſilia eximant adueſſe temeritate : id quod ma-
gis firmitatem recipiet ex conſul. 1. de ſoluz
ſententia contenta in eius definitione, quod autem ſcholaſti-
corum nemo vique ad fertare tempora, de adueſſa
cenſura egreſſi, nedum illi eam inſuſcep-
erit. S. Thom. reſpondit : qui licet initio cogi-
tarent ſententiam noſtram ſolum probabiliter dicere,
ea medium tamen improbabilem dicit adueſſa, 1.
cundo ab ipſo S. Thom. ſcholaſtice ſola adueſſa
et coetaneo, quaſtionem fidem, motum, et al-
tera, error eſſet contra fidem, & affirmati-
ve eo decim inferius conſtabat. Ac deum accipit,
ſcholaſtici, Cenſuram, quas mercedem ſententi-
arum omnes, ad rem ſcholaſticam ſpectantes, cu-
men, & ſtudium frequens, non fuit, nec, ſi
enim capitalium, quibus direſſe, & ex multo dan-
dandis cenſura coacta fuit, de reliquis vero, ad
de leuioribus errore cenſuris, antiqui ſtudium, non
ſcholaſtici, ſolum, fed interpretibus. Non fuit
quod tamen noſtris ſæculis, quam magnum eſſet, et
errores in Theologiam, & Eccleſiam Catholicam exor-
tant, fed longius arcuerunt.

6 An vero post Lateranensem Concilium error, ut de
ronea contraria sententia censenda sit, sit eius apud
scholasticos, & scripturæ interpretes communis
acrior. Negavit Caietanus cit. art. 3. cum Recentioribus
Dominicanis, Sixtus Sive, vii. propine laod.
Præpositus, & Vazquez, & reliqui, qui à temerariis
etiam nota, vindicare illam contendunt. Eiusque
Sive Thom. eo a. 3. non esse erroris dampnandum
expresse docet. Erronem vero, &que erroneum in fide il-
lam esse, post definitionem Lateranensem Concilii re-
tractat docet Ferrar. 2. contra gent. c. 92. & Cum
f. *præ amplius*, inquit dicam cernitatis notitiam. Mo-
lina supra §. *contrarium videtur*, sub initium ita ver-
bis, *quæ sententia*, Ferrar. *mibi hæc vix vera*,
ex proprio fidei locutus: licet ob extrinsecum doc-
trum aliter sententium auctoritatem, non esse erro-
rem, seu hæresim, (Judicialiter scilicet) dampnandum,
de nec communis in Ecclesia hæc censura sit, afferat, c. 92.
§. *verum* Refert autem, §. *contrarium docet* Insuper
interpretes. Sibi contraque pro ea censura, ut i.
genel. caput, ad quod posita Cornelius, §. *quoniam*.
Quir. d. 51. sect. 3. n. 20. vii. citat Dominicanos
Bannez, & Sorarium supra: quorum ego iudicio sol-
cribo: quod & S. Thomæ aliquando fuisse videtur.
Nam opuscul. 2. 3. (quod tempore de explicatione de-
creti Concilii Lateranensis fuit) contrarium præsertim
ait definitioni decreto illo contentæ adferat. Est
quippe occasione obligandi alium Originem errorem
i quod scilicet creatis antius durat Originis in trans-
gressum suplicium, & vincula mundum corporum,
cui alligantur, & quasi in eo cæterum verborum,
creantur Deus: Cum autem eis locus verbi, quibus
ante cæli, & terræ creationem, Angeli creati non
esse, sed simul durarent cæpisse, dicatur contra pat-
tem eius erroris primam; & quæ Origini ad decedendo
partem sui erroris fundamentum fuit) definiti eo de-
creto possit, plane, ut illos, simul tempore, &
ante, cum cælo, & terræ creatos Angelos definitum
eo decreto S. Thomæ censuerit, ut contendunt, ne-
que non potest, nisi negandum. (vt Dominici auctor,
ex aduersariis referunt negare) Eius opusculi fuisse
auctorem: quod vix vis vis opinionibus expellam
aduersarium deprehendunt, respondere, non solum
adferunt: vt dum textus S. Thomæ contra alios infu-
gere inculcat exemplo hoc suo facilem solutionem
solutionem. cæterum, & si alterius cuiuspiam
aliqui Doctoris opusculum sit, habemus contra aduersa-
rios jampridem, & longe ante Ferrar. opinionem laud.
& c. vii. quidem doctissimum scripsit scripta excel-
lentia & doctrinæ S. Thomæ sapient, & præfationem
& antequam, nimirum, opus c. S. Thomæ omnia ius-
to Magistro digna reputata ab eius amantissimis Dis-
cipulis

cupulis Dominicanis, ea tempestate Doctissimis conquirentur, colligerenturque.

Vade illud, cui adversarij in primis insunt, dicitur: credibile non esse, trecentis à Lateranensi hac definitione annis ad Ferraræ tempus decursis neminem scholasticorum erroris adversam sententiam notassetimo vero S. Th. ab ea illam expresse vindicasse, quod fieri non potuisset, si ibi nostra conclusio definitur. Vidimus enim jam pridem doctissimo scholastico S. Thomæ, vel eius saltem cortaneo erroris eo opusculo fuisse notatam, quod si eius opusculi author S. Thomas fuit fors Concilij definitio alibi non occurrat, cuius nec in argumento, sed contra meminit ad quæstionem in corpore decidendam; sed solum textus ex Genes. I. nec posset non illam definitionem in corpore explicare, si memorie occurreret, ut oppositam sententiam, non esse errorem defenderet. Valdeque est verisimile postea definitionem, præfatam Sancti Doctoris memorie occurrentem ex instituto examinasse opusculo, & definitam ibi conclusionem nostram, ut errori Originis memorato occurreret docuisse. Nec refert concilium hoc non contra errores Originis, sed Joachimi, & Almerici, male de Trinitate sententium fuisse coactum: nec de Originis erroribus damnatis jam pridem in conciliis anterioribus agi in Lateranensi oportuisse, sed certe posteriora concilia errores ab anterioribus damnatos, & veritates ipsi adversas definitas, iterum in suis fidei professionibus repetunt, & si non solum erroris cuiuspiam occasione cogantur, ut ex Tridentino, Toletanis, imo conciliis omnibus, & hoc ipso cap. firmiter constat: in quo multa alia fidei dogmata contra errores alios, jam diu damnatos ponuntur: instant vero Caietani, & Sixti Senensis errori Originis memorato, ex concilij intentione damnando (quod scilicet per se suamque intrinsicam bonitatem mundus corporeus, nec amaretur, nec creatus à Deo fuerit, sed ut carcerationi Apostolorum Angelorum inferuisset (quod simul duratione cum eo Angeli crearentur) ac non antea parum conferre, vel nihil: quare neque id potuisset ibi definiti, neque definitum ibi à S. Thom. declarari. Cæterum, cum quavis occasione, & intento concilium habeatur, & ad definiendum procedat, possit ex Spiritus S. motione, & illustratione veritatum aliarum in scriptura contentarum, eas etiam definire, si definitionis verba cum sensum plane, & determinate contineant, quo veritas alia declaratur (ut Caietanus, & Senensis in præfati fatentur) eam definitam, etiam esse certissimum est. Insuper: cum inde Originis præcipuum hunc suum errorem statueret, quod Angeli antea creatione mundo corporeo fuerint creati, intentæ damnationis eius multum referebat eius partis errorem aperire definitione veritatis oppositæ: quod non antea, sed simul cum mundo corporeo, & visibili fuerint creati: ac proinde, quod in qualibet suo principio, nec sola conclusio ne erraverit.

8 Idcirco Vazquez noster duabus rationibus tantum insistit. Prima c. 3. num. 18. ex dictis c. 2. quod illud simul definitionis illius similitudinem durationis, determinate, non significet ibi, sicuti, nec Ecclesiast. 18. Verum, cum in ea definitione, addatur *ab initio temporis* (quod sexta Synodus voce illa *repente* æquivalenter explicuit, iuxta dicta numero primo, & secundo, locum ea evasio non habet. Secunda ratio, quod nullo fundamento scripturæ) cuius loca adfuerint plures alios sensus literales, ut ostenderat, cap. 2. patiuntur ea definitio niteretur: cum tamen quicquid, ut commune dogma Ecclesiæ proponendum, definiendumque est debeat in scriptura contineri, ut communis scholasticorum sententia fert. Sed neque in Patrum & Ecclesiæ communi, & constante traditione, quæ verbo Dei scripto substituitur: quandoquidem tot, tantique Patres oppositum docuerunt: ergo absque firmo fundamento, & necessario ad id definiendum concilia præfata processissent, quod infallibili assistentiæ spiritus sancti ad fidei dogmata definienda repugnat. Explicatus Vazquez totas rationis eius vires, ac brevis edisserit, (ut vide-

re in ipso est citato capite tertio, numero decimo octavo §. ultimo) supponens spiritus sancti assistentiam, in dogmatibus definiendis, non esse, ut denuo illa revelet, sed ut mentem definitoris Pontificis, siue in concilio, siue extra illud, illustret, & quasi manu ducat, ad deprehendendam veritatem definiendam in locis scripturæ (& si non ita clare, ut à quovis, etiam perdocto, determinate in eis percipi possit) contentam, eo vero ad maiorem rationis & evasione huius efficaciam, & firmitatem supposito, infirma est, facileque excluditur, & aperte confutatur, etenim, & si enim particula illa *in principio, seu initio temporis*, & illa, *creavit simul*, sensus, & significationes alias quas velis, literales habeant, etiam ab spiritu sancto eis locis intentas, negari tamen, nequit propriam, etiam, & litteralem, imo cæteris rigidior, esse de principio temporis, & similitudine durationis: ergo potuit spiritus sanctus illustrare Patrum concilij, & Pontificis definitivas mentes, ut deprehenderent illud proprium significationem earum vocum, & propositionis eis locis contentæ sensum à se intentum esse de principio, & similitudine durationis, in qua visibilia, cum invisibilibus seu cælestibus spiritibus creata sunt, vel alios sensus, qui literales videri possent excludendo; vel ab eorum exclusione præfendendo, vel utrumque sensum manifestando: quod hic præfatum videtur ad Ecclesiasticum locum, ut simul omnium æque, & pariter à Deo creatio definiretur, ac subiuncta particula *ab initio temporis*, non illa solum, sed similitas, etiam durationis, & creationis, omnium definiretur: quare debitis fundamentis scripturæ, & assistentia spiritus sancti definitum postremum hoc fuit, cum in Lateranensi expresse, cum in sexta Synodo voce illa *repente*, subobscure: quare, & si ante Lateranensem locum ambigendi & aliter sentiendi, Patribus, & doctoribus circa censuram fuerit, fatenturque Augustinus 11. de civit. capite 32. Theodor. & quæstione tertie in Genes. remque esse, in qua quilibet pro libito discurret, ac censeat; aut post Lateranensem, non sine temeritate, & errore adversa sententia afferretur: maxime, cum nullo solido fundamento scripturæ, aut rationis innitatur; quod tamen explicandum, corrigendumque post eam definitionem foret, si adfuerit.

CERTAMEN IV.

Adversa sententia fundamenta, Genadique, & Eugubini somnia de re præfate profligata.

Ratio ex maiori dignitate Angelorum, quam corporum creatorum, à Patribus nonnullis, & Doctoribus adversæ sententiæ petita, non solum evasæ, sed inersa, in ipsos actiter supra fuit, certam. 3. numero quarto. Alia vero, ne Deus per tot sæcula ante mundi creationem esset otiosus, probaret, si quid Angelos, ab æterno creatos, cum ante quamvis durationem, quantumvis creationi mundi anteriorem, præcedat æternitas, in qua Deus infinite diutius fuerit à creatione omnium oratus, nec Angelos ab æterno condiderit, quod absque hæresi asseri nequit. Ex scriptura opponunt adversarij primo Moysen nihil de Angelis, eorumque creatione, nec principio, nec progressu dierum creationis mundi corpori dixisse cum reliqua corpora, eo tempore facta, satis minute referat: ergo quia non in eo, sed ante illud totum tempus sunt Angeli creati. Negatur antecedens Ab Augustino quippe nomine lucis primo die creatæ Angeli intelliguntur, diebus illis suis, allegorici non tamen litteraliter admittendis, ut supra dicebamus. Isidorus vero, & Beda recitari cert. 1. num. 3. & hic etiam in suo exhameron, & si non

singularia tempora, & mundi creationem facta, & absolute existentii fieri non potuit. Ergo rationali, & intellectuali creaturæ alteri ante secularia tempora, seu mundi corporei creationem absolute productæ, & existentis: quæ præter Angelum nulla extaret, neque exstitit, quare, nec de facto esse potuit. Cui sententia consonat, 2. ad Timoth. 1. *qui nos liberavit, & vocavit secundum propostum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: manifestata autem, nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi.* Cum autem gratia in executione data ante secularia tempora non fuerit: restat, ut data moraliter in Dei promissione ante illa tempora secularia Angelis facta antea productis intelligatur. Infirma autem pro adversa sententia hæc sunt. Promissio enim hic pro decreto puro Divino vtrouque, sed maxime primo loco usurpatur, ut bene Vasquez citat, d. c. 5. & Molina cit. Articulus 3. illud autem decretum ante omnia tempora secularia, & alicuius creaturæ existentiam, & productionem, omnibusque inexpectatis, & ex æternitate à Deo concipi posse. (ut omnia eius decreta concepta iuxta fidem fuerit) certissimum est. Secundo testimonio germanior (ut æstimo) sensus est de promissione proprie æternæ vitæ, & hæreditatis, in eius semine, & germine Christo Domino concedendæ Abraham, & David, ac eorum semini facta, & iuramento adhibito firmata: de qua Lucæ 1. *insurandum, quod iuravit, ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi.* Et in Psalmis frequenter: ad quam promissionem recursu ad Angelos, quibus fiat, opus non est; cum matura ætate existentis iam, (ne dum recens absolute producti, & procreati) Abrahamo facta fuerit. Ibi autem, ante tempora secularia non omnia absolute à principio mundi significat, sed aliqua, & plura, quæ ab ea promissione Abraham facta ad Christi adventum, & gratiæ eius per ipsum manifestationem decurrerunt. Sæculum quippe rei cuiusque durationem integram significat, ut ex Aristotele 1. de celo docet, S. Thom. 1. p. q. 10. artic. 2. ad 2. & sane quotidie iracundas vetulas iurare, ex communi hac sæculi acceptione videmus. *Por el siglo de mi Madre.* Imo quandoque rei cuiusque integra duratio, totave vitæ vniuscuiusque periodus, non tantum sæculum, sed & æternitas dici solet diciturque à Dionysio 5. de Divinis nominibus, Anselmo c. 10. Prologio; obsecuris, S. Thom. & approbatis att. eodem, atque à Molina nostro ibidem.

5. Reprehendenda hic venit, infidelis audacia, Augustini, Eugubini, non semel, sed repetita lib. de spiritualibus, & insensibilibus creaturis; & in sua cosmopœia; Primo, & solus docet. Ex loco hoc 1. ad Titum, & ratione inde deducta, & hæcenus reiecta, Angelos ab æterno fuisse creatos: cum tamen æternam ipsorum creationem & durationem ante mundi creationem ne apparenter quidem is locus suadeat: cum minutula queris eorum mundi creatione anterior duratio, & existentia satis foret, ut ipsi ante mundi creationem de æterna hominis vita ante omnia etiam secularia fieret à Deo promissio. Sed præter hunc errorem alium addit ibidem Eugubinus. Nempe Empyreum celum esse ab æterno & increatum: scilicet claritatem à Deo distinctam, & manentem, in qua, & ipse sit, iuxta illud Pauli. *Lucem habitat inaccessibleem,* & Christi Domini apud Ioann. *clarificavit Patrem claritate, quam habui prius, quam mundus fieret apud te:* & Psalm. 103. *Amicus lumine, sicut vestimento;* cuius specimen in transfiguratione, & Moysi rubo, ad quam multoties in scriptura iusti quique homines innotantur ac demum admittuntur. Hanc lucem affulsisse putat Basilio, hom. 2. in Genes. dum ante mundi corporei fabricam fuisse claritatem inenarrabilem, in qua versabantur Angeli, crebro in scriptura iustis promissam arbitrabatur. Et subobscurius, Homero, qui obinde Empyreum Deorum Domicilium, & sedem, *Olympum*, id est, *totum splendorem*, vocavit. Cæterum Empyreum esse clarissimum corpus, quod obinde claritas inenarrabilis, *Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.*

quia corporeis cæteris longe præstantior à Basilio, & Olympus, seu totus, totus, splendor ab Homero dicatur, certissimum est: sed quo valde Eugubinus exarctans in fidem, & rationem naturalem multoties offendit. Etenim increatum quidpiam, & cæterum à Deo distinctum admittere duobus fidei dogmatibus contradicit, de unitate individuali Dei ac ipsi solum, connaturali æternitate. Item dum a Deo, & distinctam, & manentem ab æterno, dogmati alteri de rerum à Deo duratione, & quæ initium habuit, creatione, contra dicit. Quod si dicat hoc dogma de iis, quæ voluntarie, & libere extra à Deo fiunt, intelligi debere non de his, quæ naturali emanatione ab ipso proveniunt, iam Deo necessitatem operandi ad extra contra aliud dogma concedit, & rursus de illa claritate disquirendum restat, num accedens, & cuiusnam substantiæ, & subiecti sit: in quo genere contenti? certe lux, quam Deus inhabitare, & induere in scriptura dicitur ipse Deus est, & quæ iustis in patria videnda promittitur. Nullo ergo, vel apparenti, fundamento tot se difficultatibus, & erroribus irretiuit Eugubinus, eoique fere recognoscens, dum somnium hoc suum, iudicio & correctioni Ecclesiæ submittit, & eius damnationi ex tunc non sentit, ut ipsum, quod in simili de alio Cato dixit, recte cadat; *quare culpam deprecari, quam hæc carere maluisse?* Præsertim, cum eius opinio, hæc tam multo ex capite fuisset, iam ab Ecclesiâ damnata.

6. Excusabilius quidem somnium est Gennadii, seu cuiuscunque authoris libri de Ecclesiasticis dogmatibus, (t. 1. operum Augustini) c. 10. tum quia tot erroribus præpeditum non est: cum, quia Angelos creatos à Deo fuisse dixit solum in ea duratione, quæ super Abyssis, seu aquarum faciem, quæ terram ambiabant, operiebantque, antequam lucem Deus produceret, quæ spectabile vtrumque elementum fieret quia oportuit, ne per tam multa temporis spatia Dei bonitas esset otiosa, sed Angelorum creatione spatiis totis, illis bonitatem suam Deus ostenderet. Nec solus Gennadius, in eam incidit cogitationem: eam siquidem reiecit Damascenus, 2. de fide c. 3. & merito: quia ratio absurda, quod alias per spatia illa effusionis tenebrarum Dei bonitas esset otiosa, nec illa productione, seu creatione creaturæ alicuius ostenderetur, non hanc cogitationem, sed, quam hæcenus reieciimus (Angelos scilicet multo ante mundi corporei creationem, imo ex æternitate fuisse creatos) efficacius probaret: esset quippe absurdum maius, tot antea sæculis, & maximum, tota antea æternitate Deum à creatione, & productione rerum, ac suæ bonitatis ostensione otiosum esse, quam spatio illo, quo tenebræ offusæ aquis, & terræ fuerunt. Hac ergo ratione, ut pro Angelorum creatione spatiis multis ad mundi corporei creationem antea, (quod efficacius probat) ab huius assertoribus referatur Gennadius, obtinuit, cum tamen, posterius celo, & terra creatos doceat, & ea ratione probare contendant, dum autem, ut robur aliquod suæ rationi minifiret, addidit tam multa spatio durationis tenebrarum illarum ante lucis creationem fuisse, falsis suis relationibus occasionem deceptionis præstitit non leuiter: cum die primo fere medio tenebrarum offusio narratur, posterius siquidem lux creata fuit ac deinde lucis à tenebris facta diuisio, & successio, qua diei integri forma daretur, idque totum die vno, seu primo: ergo otii illius per tam multa spatia tenebrarum, quæ tamen semidie per scripturam coercetur, ni ad anteriora creationis cæli, & terræ vastissima spatia recurratur, percipi nequit. Cum ergo nullo hæc cogitatio rationis vel autoritatis fundamento nitatur, imo tam multa, & magna spatia contra textum Genes. tenebrarum illarum comminiscatur, ac rursus Patrum omnium aliter, atque aliter, in re præsentem sentium, & (quod maius) definitioni Lateranensis, sextæque synodi, & scripturæ testimoniis similitatem creationis, cum cælo, & terra physicam tradentibus aduersetur, explodenda prolixus erit.

QVÆSTIO III.

Vbi nam loci Angeli creati sint?

E ubi proprio, & loco extrinseco Angelis locatis inquitur; nam de intrinseco ubi, seu presentia sua vnumquodque illorum (in quocumque illa sit) creatos esse certum, & extra controuersiam est; sicut de reliquis; quæ quomodolibet producantur, & primo existunt.

CERTAMEN I.

Angeli in calo Empyreo, quam alibi creatos esse longe probabilius vniuersim de omnibus est.

Augustinus II de Genesi ad litteram aliquorum Arcert sententiam, qui putarunt, non omnes Angelos in calo creatos fuisse, sed aliquos tantum: nempe Angelos bonos; Dæmonum vero, seu malorum Angelorum nullum ibi, sed in mundo corporeo, & inferiori, omnes creatos fuisse. Existimabant enim Angelos malos natura etiam diuersi generis ab Angelis bonis, & imperfectiore loco fuisse creandos, & primo locandos; Angelos vero bonos superiore, & perfectiore, ut naturalis eorum Dignitatis ordo in locis etiam seruaretur. Rationem hanc non reiecit Augustinus, quæ, si, supposita dignitatis inæqualitas subsisteret, rem congruentissime suaderet. Hoc vero suppositum admittere Augustinus non audeat: quia ea natura, & generis diuersitas, & inæqualitas, atque Angelorum malorum, præ bonis inferioritas, nunquam ex scriptura colligi potest, ego vero non solum id asserere obinde, non audeo, sed non possum ex scriptura, & Patribus non negare. Constat enim ex eis Luciferum malorum omnium Angelorum Principem, & antesignanum ex suprema Hierarchia, & Choro Angelorum, & supremum Angelorum, fors omnium, fuisse, qui proinde nature excellentia, ceteris præstaret: iuxta cuius maioris, minorisve excellentie, gradus superioris, inferiorisque ordinis, Hierarchiæ, & Chori Angelorum naturaliter disponendæ erant, ac, iuxta Dionysium, cæterosque Patres, & scholasticos, dispositæ sunt. Ergo præfata sententia, & fundamentum temerarium, ut minimum erit.

1. Rupertus I. in Genesi. c. 11. de loco ubi Angeli creati, & primo locati sunt, in calo Empyreo creatos negat, sed solum in calum translatos per gratiam ubi autem creati primum fuerint, & collocati, vnde postmodum per gratiam in calum transferrentur, non designat, ut ex hisce ipsius verbis claret. *Non magis Angeli facti sunt in calo, quam homo plasmatus, in paradiso est: sicut scriptum est & ita nimirum, & Angeli extra paradysum conditi, & in calum translati, non natura, sed gratia calum inhabitant.* Quibus à loco creationis ipsorum, etiam terrenum paradysum excludit, nec determinat, an in terræ parte alia, & aquis, æthere fuerint creati. Quantum ergo ex his possum coniectari in loco creationis Angelorum de omnibus æque fortis esse, nec bonis superiore, malis vero futuris deteriore contigisse, neutris vero nature iure Empyreum debitum datumve fuisse, sed alium quempiam extra paradysum tamen, locum calo inferiorem. Illud vero per gratiam de gratia iustificante, non intelligit; siquidem Angeli omnes in gratia creati sunt, ut Rupertus ipse non ignorauit, estque Patrum, & scholasticorum communis conclusio, ut videbimus, d. 3. vnde eodem loco, quo creati sunt gratiam habuisse, ne-

que ea, super eam alio fuisse translatus est certum. Tercio, nec nomine gratiæ intelligit in ea permanentiam per præcepti obseruationem: sic enim transgressores Angeli eo translati non essent, neque ascendissent, quod minus confone scripturis, & communi Patrum, & scholasticorum diceretur, ut certum videbimus. Secundo Rupertus de Angelis omnibus vniuersim ait, per gratiam ex loco creationis fuisse translatos in calum: quare, & sibi contradiceret, si de gratiæ permanentia, per obseruationem præcepti, nomine gratiæ loqueretur. Gratiæ igitur nomine, non habituale, & iustificante, siue obseruatione præcepti permanentem, siue primo Angelis collatam intellexit, sed quatenus quicquid ultra naturæ debitum, siue extrinsecum, & inhaerens, siue adherens solum, & extrinsecum (ut locus est) alicui donatur, gratia dicitur.

3. Communis Theologorum omnium, nostræque proinde, conclusio sit: Angelos in calo Empyreo fuisse à Deo creatos. Ita Beda, tom. 4. lib. exameron. lib. init. Hugo de S. Victor, tract. 2. sum. sententiam, c. 1. Isidorus relatus à S. Thom. 1. p. q. 61. 2. 2. corp. ex scholasticis Magist. in 2. cumque eius commentatores omnes ad vnum. S. Thom. ibi, & citato loco primæ partis, ubi interpretes omnes. Caietan. Bannez, Molina, Valentia, Ioann. Prapontius & reliqui ex nostris Vasquez d. 2. 5. c. 2. Ariaga cit. d. 2. de Angel. sect. 4. quoad eorum in calo creationem, ait, quoad Empyreum, si cali vulgari, & communi diuisione numerentur, hæret atque negant sententiæ Soarj, iam referendæ adhærere, potius videtur. Quiros citat. d. 50. sect. 1. Soarj igitur 1. de Angelis, c. 1. in calo quidam creatos angelos dicit, Empyreum, tamen inferiori, disiciendis suis argumentis, probatur conclusio, quæ perfectioni naturæ, & substantiæ debetur naturaliter, nobilior locus, quam imperfectiori, ubi existeret, & locetur: ergo perfectissimæ substantiæ, & nature ex creatis, nempe Angelicæ, debetur perfectissimum ubi, & locus, ut existat: atqui hic calo Empyreum est: ergo in calo Empyreo creatus est. Probatur postrema hæc consequentia (nam cetera, & de his, & experientia locorum, ubi creata reliqua sunt loca patent) cum enim ubi primum creati sunt in loco Angeli extierint, ne in Empyreo tunc extierint, in debito ipsis loco naturæ iure non extierint: & quamuis id, ita à Deo fieri plane poterit, ex altissimo motiuo, & ratione, quam satisfaciendi debito ordini, & iuri nature, fieri solummodo potuit. Similem huic rationem ex munere Angelorum præfatiæ rebus, initio creatis, efformauit S. Thom. citat. art. 3. Præfati enim, & capiti, quæ politiorum rerum supremus, & eminentissimus præ ceteris locis debetur.

4. Ab autoritate probari satis apte conclusio potest, ex Iudæ epistola, num. 6. ubi dicitur: Angelos malos amisisse locum, transgressione, quem seruare obedientia possent, & obediens Angeli seruauerunt: atqui hi seruauerunt locum Empyreum: ergo, & illud amiserunt mali Angeli transgressione: ergo Angeli omnes ante obedientiam bonorum, & malorum transgressionem in Empyreo erant: id certum ex eo loco, inde vero. Inferitur secundo: ergo, & in calo creati sunt; sed consequentia hæc non est ita legitima. (Vt notauit Vasquez noster citat. c. 2. ad illationem similem casus Diaboli de calo, vulgatiore interpretatione Patrum quos retulerat, c. 1. minus ibi genuina, admissa ad id Lucæ 10. Videbam Satanam, sicut fulgur de calo cadentem: & ex prælio Michaelis cum Draco, seu Lucifero, & malis Angelis commisso in calo, iuxta Apocalyp. 12. (quod de obedientia, & transgressionem, illa prima Angelorum fuisse, incertum est) ab scholasticis nonnullis deduciam) etiam putat) ab scholasticis nonnullis deduciam) esto enim fuerit prælium illud primum in calo, lutoque inde fuerint Angeli transgressores: an non potuerunt Angeli alibi creati in calo postea transgredi? ubi, malique peccare, ac inde turbari, ut viroque loco iuxta præfatas interpretationes dicitur: Ergo illatio ex eis locis, & interpretationibus ducta legitima

legitima non est. Sed certe, & si ita sit, si ex duobus postremis locis inferatur ex Iude vero textu paulo attentius perpenso legitima illatio videtur. Sic enim ait: *Angeli, vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum Domicilium*, quibus via solum locus minime significatur, sed propria cuiusque domus, & eius dignitati, siue naturali, siue supernaturali, siue ministeriis conueniens. Neque enim domus hospitij, quo quis viator diuertit, & hospitatur, proprium, suum domicilium, & principatus seu dignitatis, suus locus est. Et sane locum illum Luc. 10. *Videbam satanum, sicut fulgur de celo cadentem* casum eius de celo significare, atque ad extinguendam inanem gloriam in discipulis, scintillam, quod Demones fugassent, ita commune Patribus est, ut illud negare non liceat, ita Origen. 1. Petiarc. cap. 5. Ambrosi. de fuga sæculi, c. 7. ante med. Chrys. 5. homil. 10. de penitentia ante med. Gregor. Magn. 23. moral. c. 6. alias 7. Theodoret. 5. hæreticar. fabul. c. de Diabolo. Prop. de dimidio temporis Theophyl. c. ad eum locum. Bernard. serm. 1. ad fratres.

5. Secundo probari ex scriptura, & Patribus potest. Quia, ut vidimus, q. 2. Angeli principio creationis mundi creati cum celo sunt. imo celi nomine eorum creatio à Moysè, iuxta Patres plures, narrata: quod adeo verum Augustino visum est, ut celi nomine Angelos solos intelligi, in spatio, quod mox celum erat occupaturum, creatos censet. 12. confes. c. 7. Ergo Angeli in celo creati sunt: ergo in celo empyreo. Postrema consequentia adeo certa non est: quia celi primum creati nomine. Perieris. 1. in Genes. ad ea verba capitis primi. *Creauit Deus celum*, non Emphyreum solum, sed sydereum etiam, & reliquos cœlestes orbes à nobis spectabiles, & quibus elementalis ignis subsideat, contineri fundamentis, non incongruis, & quibus Soarium supra, & alios recentiores, in suam sententiam traxerit. Verum Emphyreum eo nomine contineri fatetur: quare nec ea sententia admissa, potius creatio Angelorum in Emphyreo excluditur: cum autem ratio naturalis de debito loco supremo (qui Emphyreum est) creature nature excellentissimæ, & dignitatis naturalis, & supernaturalis, ac ministerij supremi (quæ omnium sententia est Angelus) teneat, cum Emphyreo creatum ex eo loco, & Patrum sententia memorata maiori longe probabilitate, quam esse in alio ex inferioribus celis creatum suadet. Tertio denique: ex eo, quod ex Patrum sententia, Angeli mali statim fere, ac creati fuerunt, peccauerunt, ac illico de celo fuerint proiecti: & communi item Patrum (quos refert Valquez citat. cap. 1. §. 1.) fuerint de celo Emphyreo proiecti iuxta eorum interpretationem ad id Luc. 10. *Videbam satanum, sicut fulgur de celo cadentem* Maxima probabilitate communis, & nostra conclusio deducitur: tametsi, ut dixi num. 3. certa, & irrefragabili consequentia, non inferatur: cum ad eius solutionem ad sententiam Ruperti de translatione Angelorum à loco creationis ad celum Emphyreum (quam Patrum aliorum, & scholasticorum nemo sectatur, ut prorsus fundamento omni destitutam, somniatamque, vel pure arbitriam cogitationem despiciunt, nosque naturali, insuper rationi aduersam satis ostendimus) recurrendum necessario sit.

Restant alia scripturæ loca, ex quibus vrgentius (me saltem iudice) conclusio nostra probatur: ea vero commodius cert. (ubi de censura in aduersam agitur) adducemus, ne ibi iterum repetantur: quare aduersæ fundamentis occurrere solummodo videtur hic restare. Opponitur primo. Locus præmij, & coronæ, vtpote omnium nobilissimus, via, & pugna incongruus est, ne in beatitudinis amplissima sede peccaretur; ergo in Emphyreo, nec creati Angeli fuerunt, nec viatores, & pugnantes. Respondetur, quo ad pugnam, & viam Patrum memoratorum communi, & Ecclesie sententiæ aduersatur, dicentis in exorcismis suis contra Dæmonem: *Tibi imperat, qui de supernis caelorum ad inferiora demergi præcepit*. Et absolute falsum est antecedens, frequenter enim, & Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

semper, de regno possidendo, & per victoriam acquirendo in regno ipso pugnatur: atque in præsentij oportuit ibi pugnari, & peccato inde Demones labi, ne quis loci nobilitati, & dignitate fidat. Via autem Angelorum, non ad locum materiale Beatitudinis, sed ad eam eiusque statum ibi habendum fuit. Opponitur illud Isai. 14. *dixisti in celum conscendam*. Si autem in Emphyreo (quod supremum celum est) Angeli omnes creati sunt, quod aliud superius fuit, in quod Angeli transgressores ascendere possent, & velient. Respondetur primo, cum S. Thom. & communi interpretum eius loci, & scholasticorum: non locum, & sedem materiale superiorem Emphyreo, in quo creatione sua iam erat, Luciferum appetiisse, sed dignitate superiorem, ut ex sequenti contextu satis probatur, vique ad illa verba, *similis ero altissimo*. Ex quo, eodem contextu fors dici secundo posset, appetiisse supra extimas Emphyrei partes supererigendi, ut Deus, immensitate sua supererectus, Emphyreum ambit ac creatis omnibus eminet, celo etiam illo supremo, haudquaquam contentus, sed emittens, ac præsidens: quod scilicet præ superbia sua Lucifer intra creata omnia claudi designaretur. Tertio, quid tandem ex loci superioris supremo impossibilis de facto, appetitione Luciferi arguitur? cum superbia sua ita demum obsecutus eo loci deprehendatur, ut æqualitatem cum Deo non de facto solum, sed prorsus absolute impossibilem, effreni, ultra possibilitatem omnem, ambitionem appetierit?

CERTAMEN II.

Postrema ex scriptura conclusionis probatio,
& de aduersæ censuris.

1. Porro, si caput Isai. 14. vnde obiectio hæc potestrema petebatur, attente expendatur, imò immediatus eius versus 12. nescio, an firmior, clariorque conclusionis nostræ probatio posset in scriptura reperiri. Etenim impendente illa, atque depolarati hæretici Caluini sententia explosa (cuius hæc apud Cornelium nostrum ibi sunt verba: *Crassior etiam ignorantia fuit, quod Luciferum Diabolorum Regem, eique à Propheta hoc nomen inditum esse finxerunt*) Patres, & Interpretes Catholici omnes, imò, & Ecclesia Catholica tota ad vnum, versus 12. 13. & 14. Luciferi Dæmonum Principis à suo ortu ad ruinam, & lapsum, historiam proprio nomine narratam summam ac Regi Babylonis, seu Chaldaeorum, Balthasari, Luciferi imitatori, & superbia, & ruinæ supplicio à Propheta applicitam consonè & constanter intelligunt. Id quod ex contextu ipso patet: cum proprie ibi dicta Dæmonum Principi, metaphorice vero Regi Babylonis conueniant, qui proinde Lucifer à Propheta per cathachresin merito dicatur. Ad rem igitur, & probationem præsentem versus eius capitis duodecimus sic habet: *Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram & pro Lucifer*. Ex Hebræo. *Helal fili aurora* tota lingue eius proprietate, & rigore vertendum. Ex Græco, & 70. interpretibus *aurorifer*. Arabica, & Alexandrina versio; *Quomodo cecidisti stella aurora de celo oriens in diluvio*. Iam non solum Lucifer, sed Phosphorus ex Græca stellæ (cuius nomine Dæmonum Princeps insignitus primum est, & inde à Propheta per Cathachresin Rex Babylonis, ut diximus) voce dici posset. Certe, eadem hæc stella occidit soli, siue eius occasum præcurrens: *Hesperus*, ex Græco, seu *vesperugo*, nuncupatur: quare illa splendidus ortus, & interitus, seu ab illo casus, cum Luciferi Dæmonis, tum sub illo, tanquam typo Regis Babylonici quantum rebus in animis fieri potest, representatur.

2. Verum cum stella his nominibus vocitata Balthasar

thafaris ortus, & interitus, in presentiarum comparatio tribus illis versibus immediate non est, sed cum lucifero Angelo transgressore, & cum Balthafare, sub eius typo, & vtriusque simillima historia, eo instructo explicata, ut bene Hieronimus, hic Cyprianus de tentationibus, & ieiunio Christi Gregorius 23. moral. c. 4. lib. 1. epistol. ep. 3. Origenes 1. Periarc. c. 2. & 5. & lib. 8. in epistol. ad Roman. id capitis 10. dico ergo: nunquid non offenderunt. Eusebius 4. de praepar. Euang. c. 9. Tertullianus 5. aduers. Marcionem. Athanasius de passione, & cruce Domini. Ambrosius serm. 3. in Psalm. 118. ad id increpasti superbos, & id suscipe seruum tuum in bonum Prosper. lib. dimidium temporis. c. 1. & 2. Bernardus. serm. de S. Benedicto. Abb. serm. 8. in octaua Paschae. Scio Cyrillum Alex. in hoc caput ad id. tu autem dicebas. Augustinus. de Doctrina Christiana, cap. 73. & 12. de genesi ad litter. cap. 24. Hieronymus. & Haymonius ad hunc locum Daemoni, ut impij Balthafaris capitis, quae de hoc solum hic ad litteram sunt, apte posse tribui, ex regula 7. Ticonij Vti, ex. 1. regula eiusdem, Christo etiam, quae eius mystico corpori, & membris Ecclesiae conueniunt. Sed nec figuratum hunc sensum de Lucifero ab Spiritu sancto expressum hi aiunt Patres, ut inde author operis de mirabilibus Sacrae Scripturae (apud 3. Augusti.) lib. 1. cap. 2. calum Diaboli ex hoc loco probari neget: atque solum figurate, & accommodatio sensu explicari posse Diabolo, quae hic de solo Balthafare sunt, censent Adam. Pinus, Vasquez. d. 232. & c. 4. cum quibus venerab. noster Gaspar Sanchez in hoc cap. num. 15. multa, & sacra, & prophana eruditione contendit. Ea tamen id solum euincit: ortus splendorem, & ruinam, seu oculus Regis Babilonici obscuritatem nigramque fortunam apprimere stella illa figurari potuisse?

3. Ast, cum id solum exemplo Luciferi figuratum Propheta noluerit, sed eius etiam Regis demerita, ob quae, eo fuit splendore priuatus, atque in tenebras proiectus, quae Lucifero stella adumbrari, nedum totis suis coloribus pingi, minime possunt, sed solum Luciferi Angeli Historia de eius ortu superbia, & ruina, quam idcirco, & si summatim, exacte tamen, quantum ad intentam comparationem, & similitudinem Regis Babilonici cum ipso, Propheta adhibuit, iuxta omnes Patres, Interpretes, & Doctores Catholicos, Ecclesiamque totam. Confirmatur quia casus, & demerita quibus Lucifer Angelus occidit, & a Propheta narratur statim casus, & de meritis, ob quae Balthasar Rex occubuit a Propheta conferuntur, & applicantur fusi, quam ante eum numerum fuerant, quasi summatim, praemissa. Confirmatur rursum, quia, quae a versu 10. ad 15. dicuntur non nisi figurate, & tropice alteri, quam Diabolo Lucifero possunt aptari. Confirmatur quarto. Quia ita magis abscedimus a perisdo Caluino, atque Ecclesiae Catholicae, eiusque Patribus (ut ipse fatetur, nec negare Gaspar noster Sanchez potuit) adheremus. Patres vero oppositos, ne minus decenter a reliquis, tot tantisque Patribus, & communi Ecclesiae, a seque ipsis alias (imo ibi etiam Hieronymus cum in calum confendam dici ab Angelo ante peccatum ait, quod infra in firmamento fuerit creatus dicit) recessisse fateamur, censeo: non de toto textu capitis, atque hinc versibus locutos, sed de reliquis, quibus summatim prius ac fusi deinceps Balthafaris ortus superbia, & exitus infelicitissimus describitur, & intercalatae Luciferi trageediae illius typo, simillimus ostenditur. Hinc Origenes, Tertullianus, atque ex ipsis Recentiores memorati a Vasquez proxime, § Tertium testimonium asserentes contextum totum de casu Luciferi Diaboli ad litteram esse, ac de Balthafare figurate solum dici reiciendi sunt. Quod & in initio prophetiae huius historiae, quae contra Regem Babyloniis futura inscribitur, & pluribus eius partibus, quae ad litteram, quadrare in luciferum nequeunt, manifeste aduersatur, cum enim euentus alicuius alius, ut typus, proponitur, eiusque cum hoc similitudo applicatione, vnius

ad alium explicatur (ut contingit) neutri tota, textus littera potest competere.

4. Hoc igitur scripturario, quam scholastico more (non otiose tamen, ac de superfluo ad rem presentem) ita a nobis constituto, probatur ex eadem Isaia hoc a n. 12. recitato nostra conclusio, etenim Lucifer, de quo eo versu, seu numero, & duobus sequentibus 13. & 14. Isaia loquitur, non stella Lucifer, seu, Phosphorus est, sed Angelus Lucifer, atque ex textu tam Hebraeo, & Chaldaeo, & versionibus omnibus ortus in caelo dicitur: ergo dicitur in caelo creatus. Confirmatur: quia inde Daemonum Principis Lucifer appellatur est, quod ortu, & splendore natiuitatis stellam Luciferum fuit imitatus: atque stella huius ortus in caelo est; ergo, & Angeli Luciferi creatio in caelo fuit, ac subinde reliquorum, eorumque naturalium dignitate, & excellentia minore. Locis intra caelum, idem, inferioribus, & inferioribus. Ast dices pro sententia Soarii, & esse clarum: hoc loco recte probari Angelos in caelo creatos, non autem in empyreo, imo vero in stellato caelo (in quo stellae cuius nomenclatura ille Angelus donatur, retum, & sedem habet) fuisse creatos. Carcerum caelum ibi pro loco supremo caeli: (quale empyreum est) ubi Isaia ponitur, quemadmodum, & terra pro huius loco infimo in quem malus ille Angelus cum sequacibus fuit, iuxta hanc derubatus: nempe inferno, ut constat, ex illis verbis corruisti in terram & quae, cum per antichelium loci, in quo creatus fuit, dicitur, licet terrae nomine eius infimum significatur in caeli nomine significatur eius vertex, & locos supremos, Confirmatur secundo. Quia eo loci, tam Luciferi Angeli, quam Balthafaris lumina, & simillima iidem fere gradibus praecipitis, ruina proponitur, quae maxima proponatur a lumino caeli ad infimum terre (ut certe fuit) debuit a propheta proponi, & significari, id, quod fuit ab Isaia praestitum: nam stellatum, & Luciferi stellae, ortus, & sedes, ex his, qui effecta aliquo suo fuit notitiam nobis ingerunt, possunt naturaliter ingerere supremum caelum est: cum empyreum nullo effectu suo, sui notitiam possit nobis in se vere; ex quo ad instantiam oppositam solutio patet.

5. Postrema conclusionis ex scriptura probatio non segnior ex Ezechielis 28 in quo a versu, scilicet 11. ad 18. ortus, & interitus Luciferi Angeli describitur Ezechielis adeo ad Isaia consona videtur, ut inde Patres. Hieronymus. ad Isaia 54. ecce ego sumam per ordinem lapides tuos: & epist. 146. ad Damas. Gregorius. 8. moral. cap. 18. alias 25. Origenes 1. Perimarch. Tertullianus. 4. contra Marcionem. cap. 10. Ambrosius. 1. de paradiso cap. 2. Isidorus. de sum. bono cap. 12. Beda. quast. 9. de Angelis. Caput hoc non de Rege tyri, sed de Lucifero Angelo ad litteram intelligi tantum posse censent: Apollinaris vero, quaedam de Rege Tyri, quaedam de Lucifero (maxime, quae praefatis numeris scripta sunt) intelligi ad litteram debere censet, verum & si Hieronymus ad hoc Ezechielis caput Cyrillus. 3. in Ioann. c. 39. Augustinus. 11. de Genes. ad litter. c. 25. Vasquez. l. p. d. 232. c. 4. venerab. Gaspar Sanchez, alique interpretes ad eum locum sermonem ad litteram de Rege tyri totum esse iudicent, ac de Lucifero figurate solum: ad historiam Luciferi Angeli, superborum magnatorum, & principum tyri, ibi ad litteram referri, & Regi tyri, eiusque splendori, superbiae, & ruinam Ezechiele accommodari certum mihi est. Ortum, & fortunatum Luciferi irritum describit. num. 12. tu signaculum similitudinis Dei, id est, perfectissimu ex creatis opificis Dei similitudo in te, & signum ad instar, suas perfectiones absolutissime imperfecit, cum te formaret, & conderet, atque, ut opus tuum absolutissimum, obsignantis: quae omnia vana absolutissimum, obsignantis apud nostros Gaspar Sanchez, & Cornelium satis comprobantur: plenam sapientiam, & perfectum decore: pergit in altum paradisi Dei facti, (illius vique, non tecti, sed celestis, de quo ad latronem Beatum Dominus Hieronymus ait in paradiso.) Omnis lapsus pretiosus spirituum

mentum tuum sardius, &c. Eaque omnia ubi primum conditus à me habuisti: *foramina tua in die, qua conditus es* (eadem, scilicet, qua præfata habuisti) *præparata sunt*. Quid foramina hic significent, non ita facile à Patribus, & interpretibus, præsertim de lucifero, de quo ad litteram dicta, quare diversimode ab unoquoque explicatur: pro sola virtutum, & celestium donorum capacitate, quæ caritates, & sedes, ac loca gemmarum imitantur, nos satis idonea explicatio mihi est; cum iam de donis eis ornatus lucifer fuerit descriptus.

6. Suspicio (absit singularitatis invidia) inferni concava igne plena, quæ sua lucifer superbo spiritu, & ambitione fecit efficiari, de quo igne æterno dominus dixit: *qui paratus est Diabolo &c.* prius virque, quam peccaret: alias enim paratus, præparatusque peccatur, nec fuisset, nec diceretur: ea igitur æterni foramina à die conditionis luciferi in celos præparata in penam, & propolita, ipsi fuerunt, ut eorum horrore à superbia ex loci sublimitate, naturæ excellentia, & donorum, virtutumque oriunda abstinere; & si obtentum à lucifero non fuerit, ne laberetur, & rueret, ut à num. 14. à Propheta, sic expenditur. *Tu cherub, extensus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulasti. Perfectus in vis tuis, à die constitutionis tue*, ex qua nimirum in monte sancto Dei te posui, & in medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vis tuis; donec inuenta est iniquitas in te. Ob quam de monte sancto Dei, te cieci, & in terram proieci, ut narrare pergit Ezech. vers. 16. & 17. Ex quibus ad litteram explicatis satis constat luciferum, & Angelos subinde reliquos, in celos conditos fuisse, & empyreo quidem, qui & Dei est mons, & locus Paradisi sanctorum Angelorum & hominum Beatitudinis, ac delicias deputatus. Porro, subtilis, ac profundissime, ex scholasticis locorum, scripturæ, quæ expendit interpreti nostro Vasquez nobis in virtutibus huius loci litterali de lucifero interpretatione aduerso præter facilem, ac subinde genuinam contexturam, & Patrum auctoritatem communem, etiam scholasticorum, d. 3. q. 1. cert. 1. num. 1. & 2. referendum, nobis in ea virtutibus loci intelligentia litterali de lucifero conuenientium auctoritatem opponimus, ubi eiusdem Vasquez, oppositionis ipsius interpretationem confutauimus, n. 4. & 5.

7. Ad sententiæ aduersæ censuras veniamus; censeo igitur primo. Negatiuam sententiæ de Angelorum creatione in celo, quæ celum omne excludat à loco creationis Angelorum, non solum minus longe affirmatiua probabilem, & improbabilem absolute esse; sed prorsus temerariam Theologicæ, in primo omnes conueniunt Doctores, de absoluta improbabilitate, non ita omnes facile conueniunt, verum cum nullo fundamento nitatur Ruperti opinio. ex quo deduci probabiliter possit, ut Doctores omnes farentur, nescio quid ei desit, ut probabilis esse absolute negetur, atque improbabilis absolute asseratur, imo vero, & si inde improbabilis, positivè solum dici ab aliquibus posset, quia positivum probabilitatem non habet, non autem, falsitatis convinci à ratione, scripturæ potest, errorem suæ phylosophicæ, siue, Theologicæ, cum improbabilitate absolute dicta, ea solutio confundit. De temeritate Theologica probatur ratione paululum deducta: quia est contra scholasticos omnes, & Patres, & tot scripturæ testimonia, germana, & communi eorum lem, & interpretum intelligentia absque ullo scripturæ, Patrum, aut rationis fundamento, eiusve, apparente adhuc vmbra aliud autem absoluta Theologica temeritas non requirit. Eorum ignominatorum opinio, qui aliquos Angelos, qui rebus aliquot determinatis præfunt, in ipsis rebus creatos asserere, non autem in celo, & si S. Thomæ, cit. art. 3. ad num. 2. non improbetur, eidem tamen censuræ, eadem de causa debet subiacere, deinde quia eos, non die

primo, sed sequentibus creatos fuisse cogitur admittre: quod à catholicis dogmatibus abiiceret.

Negans vero sententiæ Angelorum creationem in celo empyreo determinare in stellato, aut inferiori alio creatos, Angelos asserens temeritatis notam non meretur, neque improbabilitatis absolute: tum quia apparens aliquod fundamentum in locis aliquot scripturæ habet, atque in ratione quali quali: tum etiam, quia Patrum habet exitium, Theologum Doctorem, Franciscum Suares, & aliquos alios, quos & sua auctoritate & fundamentis dubios de nostræ conclusionis veritate fecit. Ceterum cum priscis omnibus scholasticis, ac Recentioribus fere reliquis aduersetur, germanaque, & ingenue plurimum locorum scripturæ, & Patrum intelligentiæ minus consonet: ac rursus in questione de facto, naturali providentiæ, in locis pro creatura rerum dignitate distribuendis opponatur, idque à Deo leuibus, ut vidimus, ab auctoritate, & ratione fundamentis, censeo tam parum probabilis habere, ut fere improbabilitatem pertingat.

8. De numero Angelorum creatorum à Deo, nil, non temere, dici potest, nisi, quod innumeris, præ multitudinē nobis sit. Si enim, non aliter numerabiles boni Angeli Danieli Propheta fuerunt, c. 7. num. 10. *quam millia millium ministrabant, et, & decies milies centena millia*, &c. & Ioan. Apocalyp. 5. num. 11. *Numerus eorum millia millium*, quibus illorum innumeris, numerus, seu multitudo, significatur, ex omnium Angelorum collatione, transgressorum apostatarum tertia, ut communiter censetur parte detracta, quid igitur nos aliud, naturalis solum discursu, nec prophetia spiritus, ac Dei revelatione (quæ Danieli & Ioanni plane adfuerunt) donati de eorum omnium determinato numero dicere citra temeritatem audebimus? imo absque amentia disputabimus?

DISPUTATIO II.

De Angelorum essentia ac divisione.

IN hac Angelorum essentiam hæc disputanda occurrunt omnino. Primo de eorum spiritualitate, siue immaterialitate, & incorporeitate; secundum de ipsorum intellectualitate. Tertium de eorum, præ hominibus excellentiis, item de divisione naturali essentiali in genera, & species suas; deinde pro generum diversitate, & perfectionum naturalium, vnius generis præ alio in Hierarchias, & choros divisione. Hæc siquidem ex reuelatis, præsertim Dionysio Areopagite, decidenda sunt. Diuisio autem, in bonos Angelos, (qui soli iam Angeli) & in malos, qui soli iam demones à Christiana Ecclesia nominantur, ad hanc disputationem, non spectat; cum non naturæ, sed operationis, & moris, virorumque, seu moralis diuisio sit.